9

DE OFFICIO ET poteſtate Principis in Republica bene ac ſancte gerenda, libri duo:

IACOBO OMPHALIO ANDERNACENſi Iureconſulto autore.

ACCESSIT

BREVIS ENVMERATIO EORVM PRIuilegiorum, quæ ſibi fiſcus ſumit, ex optimis quibuſq; auctoribus, legumq; interpretibus collecta, Matthæo de Afflictis autore.



Cum Cæſ. Maieſt. gratia & priuilegio ad quinquennium.

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

DE OF
poteſtate P
blica ben
rend

IACOBO OMP
ſi Iure

BREVIS ENV
alegiorum, quæ ſibi ſi
ctionbus, legumq
thæo



Cum Cæſ.
gio ac

BASILEA
nea

DE OFFICIO ET poteſtate Principis in Republica bene ac ſancte gerenda, libri duo:

IACOBO OMPHALIO ANDERNACENſi Iureconſulto autore.

ACCESSIT

BREVIS ENVMERATIO EORVM PRIuilegiorum, quæ ſibi fiſcus ſumit, ex optimis quibuſq; auctoribus, legumq; interpretibus collecta, Matthæo de Afflictis autore.



Cum Cæſ. Maieſt. gratia & priuilegio ad quinquennium.

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

AMPLISSIMO PRINCIPI, D.

OTHONI, S. ROM. ECCLESIAE CARDINALI, EPI-
ſcopo Auguſtano, & S.Ro.Imperij hæreditario Dapifero,
Baroni in Vualtpurg, &c. Iacobus Ompha-
lius S. P.

SAEPE optauimus, Reuerēdiſs. in Chri-
ſto Præſul, quod ſibi ueteres homines
ingenio & doctrina abundātes propo-
ſitum eſſe uoluerunt dignitatis utilita-
tisq́ꝫ communis retinēdæ, idem ut hoc
nobis in laborioſiſsima uitæ ratione, et
quadam etiam communium temporũ
confuſione, cum ijs commune, aut non
omnino alienum eſſe poſsit. Illi enim ab omnibus cogitationi
nibus, ad unã Reipub. ſalutem cõuerſi, hoc ſpectare atq́ꝫ intue
ri, & eò curſum ſuum dirigere ſolebant, ut quod ſalutare maxi
meq́ꝫ optabile omnib. eſſet, ocium cum dignitate amplexaren
tur, aut in publicarum rerum procuratione ita uerſarent, ut &
ocio proſpicerēt, et in magnis Reip. tempeſtatibus, portum in
quem eius nauem ſaluã & incolumem eueherent, ſibi deſigna-
rent. Nam & magnus ille Reip. gerendæ princeps, P. Scipio,
hũc morem ſibi retinuiſſe dicit, ut & in ocio de rebus benè ac
præclarè gerēdis cogitaret, & in negocijs ita tēperatã rationē
haberet, nihil ut temerè aut periculoſe ageret. Et Chryſippũ
alta atq́ꝫ diuina mēte prędituũ, à Reip. adminiſtratione magno-
pere deterruit, quòd longa animi prouiſione, ſcientia ac dili-
gentia, iam antè cognouiſſet, perdifficile eſſe in rerũ urbiumq́ꝫ
gubernaculis, quę nouis ſubinde motibus ac temporũ conuer
ſionib. perturbant, eum tenere curſum poſſe, ut uel ſperatũ o-
cij fructũ, uel negociorũ dignitatisq́ꝫ portũ cõſequi poſſet. Vt
enim magnorũ hominũ eſt, uice publica cõmoueri, patriæ gu
bernacula ſibi depoſcere, ꝓſpicere ocio cõmuni: neq́ꝫ ſolũ uti-
litatib. ciuiũ, ſed & populi uel moribus, uel ſuſpicionib. ſerui-
re, propterea q̊d ex omni humano opere longè difficillimũ ſit,
Reip. clauũ, urbiumq́ꝫ gubernacula, in quibus flexibiles ciuiũ
animi atq́ꝫ uolũtates ſunt, tractare: ita per beati habiti ſunt ſem
per, qui in rerũ publicarũ gubernatione eũ curſum tenere po
tuerunt, in cuius tranquillitate, ſine ullis uel rerum uel tempo
rum aſperitatibus conſiſterent: uel eum ocij fructum iucun-
diſsimũ ſint adſecuti, ut publicis functionib. exempti: omnem
uitæ curſum atq́ꝫ induſtriæ curriculum ad literarum dignita-
tem traducere, earum'que monimentis rerum geſtarum glo-
riam poſteritati conteſtatam relinquere potuerunt. At no-
bis in maiore rerum difficultate, etiã ingenij atq́ꝫ doctrinę pau

pertate optare magis,q̃ ſperare licet eiuſmodi ocij rationẽ.Nã
neq; ingenij,neq; prudentiæ ſatis ad res gerendas, quarũ ma-
gnitudo inſigne animi robur,pręclaram uirtutis indolem,ma
gnãq; rerũ cognitionẽ, requirit,adferre potuimus: & liberati
à maiore Reipub.cura atq; cuſtodia,ita ociũ amplexari nequi
mus,ut illud propter naturæ noſtrę tarditatem,etiã diſciplinę
omnis inopiã,ad literarũ dignitatẽ,quę ſola nos quibuſdã qua
ſi uirtutis ſtimulis ad memoriã noſtri ſempiternã incitat, tra-
ducere queamus.ſed cum naturæ lex,et ratio,quę animi excel
ſitatem nobis attribuit, nos cõmoneat,ne mollitia corporis et
laborũ fuga fracti,uitam cum corpore dimittere,ſed potius a-
nimo recordari & meminiſſe uelimus,non ad ociũ nos & cor
poris uoluptates,ſed ad gloriã atq; dignitatem natos eſſe:cum
ignaui, ſegnis & propè ingrati ſit hominis,nihil operũ,nihil in
duſtrię, nihil facultatũ in utilitatem cõmunem conferre:uolui
mus, nulla re alia niſi cõmuni uirtutis uoluntate cõmoti,atq;
præſtantiſsimorũ hominũ exemplo conformati,quicquid re-
liquũ eſſet uel ætatis uel temporis,quod nobis in negociorum
magnitudine perexiguũ cõtingit , uniuerſum illud ad recolen
daea ſtudia ſumere,quę et officiorũ ciuiliũq; actionũ pręcepta
cõplecterentur,& cum eorũ qui in Reipublicæ procuratione
uerſantur utilitate aliqua eſſent coniũcta:præcipuè uerò prin-
cipes uiros;in maiore aliquo poteſtatis arbitrio cõmonerent,
ne ſuis cupiditatibus magis, q̃ Reipublicæ utilitatibus,digni-
tatiq; ſeruire uelint . Nam etſi omnes , in quib. uirtutis indo-
les aliqua reſidet,maximè cõmouentur officijs, neq; ullus fera
cior doctrinæ cãpus eſt,aut latius patet, quàm qui officiorũ , à
quib.cõſtãter,grauiter,honeſtèq; uiuendi pręcepta ducũtur,
rationẽ explicat:& natura ipſa adfert , ut quarũ rerũ progreſ-
ſione ac laude uitę dignitas cõſtituitur,quibus artib. eę compa
rentur,in ijs plurimũ induſtrię et laboris ponamus:nõ tamen
alios perinde,atq; principes uiros,ad quos Imperij atq; Reip.
gubernacula deferuntur,ſpectare atq; intueri oportet,qd unũ
quemq; deceat, quã uim pręſtantiſsimarũ rerũ mens humana
contineat , quale cuiuſq; officiũ in amplectenda & retinenda
ciuilis uitę conſociatione eſſe debeat.Siquidẽ M.Tull.Cicero
ſcriptũ reliquit,inter multa pręclara maiorũ inſtituta , quibus
imperij maieſtas florẽte Rep.mirabiliter aucta,et grauiſs.eius
ruinis cõſeruata eſt,hũc morẽ ualuiſſe ſemper,ut ciuilis iuris
cognitionẽ,quæ ſummo in honore perpetuò fuit,& officiorũ
deſcriptiones,tanq̃ quędam Reip.fundamenta principes uiri
in ſua poſſeſsione retinerent.Et magnorũ hominũ qui et natu
ra moderati,et doctrina optimarũq; artiũ ſtudijs ſunt eruditi,

ꝓpria ſunt opera, omnia honoris atq; dignitatis fundamēta in iuſti
tiæ cultu, ſine qua nihil laudabile eſſe poteſt, iacta atq; collocata ha
bere, tenere animo atq; memoria officiorũ omniũ deſcriptiones,
omnes eadē iuris ęquitate cōtinere: in Reip. adminiſtratiōe, in qua
nō imperādi poteſtas, ſed ratio et diligentia dominari ſolet, nihil a-
ſperũ, aut etiā nimium populare ac diſſolutũ facere: ſed eam tenere
grauitatē, quæ nec gratia nec odio uarietur, ſed cōſeruētur ęquabi
lis: in procuratione muneris publici oculos, manus atq; mentes ab
omni appetitione et detractione alieni cōtinere, q̃d caput eſt in cō
ſeruatione officiorũ omniũ, quā alijs uitæ uirtutũq; leges præſcri-
bũt, eaſdē quoq; cũ ſumma integritatis atq; cōtinentiæ laude tene
re: quādo eis q hoc ſibi ſumũt, aliorũ ut mores corrigāt, aut ab alijs
officiorũ rationē repoſcũt, ignoſcēdũ planè nō erit, ſi qua in re ipſi
ab religione officij declinēt. neq; enim perniciosior Reip. peſtis in-
ferri poterit, q̃ principũ uirorũ intēperata uiuendi ratio: ꝓpterea
q̃d ſicut eorũ cōtinentia emendari & corrigi ciuitas tota ſolet, ita
et infici eorũ uitijs. Itaq; etſi magna Principũ uirorũ, aut eorũ qui ſi
bi Reip. gubernacula depoſcũt, et appetũt ultro, nō ualde multos
inuenire licet, qui ita ſint morati, ita animo & uita conſtituti, ita ad
omnē uirtutē, dignitatē & gloriā nati, ut ratio, ut Reip. dignitas, ut
diſciplina publica, iudiciorumq; ſeueritas in hac deprauata morũ
licentia poſtulat, qui officij atq; poteſtatis ſuę amplitudinem nō im
perandi licentiā, ſed legē uitę, officiorũq; rationē certā eſſe iudicēt:
qui & ipſi legib. bonis obtēperent, & ſuis decretis pareāt: qui in iu
re publico dicendo, q̃d quidē æqualiter & ſeuerè omnibus dicen-
dũ eſt, & cuius cuſtodia urbiũ præſidia ſunt cōſtituta, eam adhibe
ant & grauitatē et conſtantiā, quæ nō ſolũ gratię, uerũ etiā ſuſpicio
ni reſiſtat: qui deniq; tales ſe in Reipub. adminiſtratione gerant ac
præſtent, ut nulla in eis uirtus deſiderari poſsit: quotiens tamen
optimorũ Principũ officia animo atq; memoria cōplector, totiens
tua mihi Reuerend. Celſit. magnarũ uirtutũ exempla, ad quarũ æ-
mulationem optimi cuiuſq; Principis officia effingā, propono imi
tanda: ut quemadmodũ Phidias Mineruæ ſimulacrũ facturus exi-
miā aliquā imaginis ſpeciem atq; ideā, ad cuius ſimilitudinē penicu
lũ et manus ſuas dirigeret, ſibi ꝓpoſuiſſe dicit, et Heracleotes Zeu
xis in depingenda admirabili Helenæ pulchritudine, ad exemplũ
Crotoniatarũ uirginum ſe cōformauit: ita et ego mihi in deſcriben
da optimi Principis functione atq; poteſtate, unā tuā Re. Celſit.
ceu quoddā Imperij ueteris exemplũ, antiquitatis imaginem, et ra-
rum Reip. columen propoſui effingendũ: ut traducta ueluti in me-
moriā excellentium uirtutũ tuarum imagine, quid in publicis reb.
unũquenq;, in cuius cuſtodia Reſpub. poſita eſſet, maximè deceat,
quò actionũ uitæq; inſtrumenta referre, quid intueri & ſpectare

debeat,breuib.his,ijſq; indoctis cõmentarijs deſcribere. Tu enim ex nobiliſsima ſplendidiſsimaq; heroũ maiorũq; familia natus, ætatis primę decurſum nõ in uoluptatũ blanditijs, quib. delinita & corrupta adoleſcẽtia, omnẽ eruditionis elegantiã facile deponere ſolet: ſed in pręſtãtiſs. artiũ ſcientia atq; doctrina trãſmittendũ eſſe existimauiſti. in caq; tantã progreſsionẽ, cùm inductione animi, tũ uerò pręſtabili naturæ ingenijq; bonitate feciſti, ut nõ ſolum in ea, qua omnes qui in circũfluente laude atq; uirtute uerſant, mirabiliter afficiunt, ſcientiæ uidelicet cognitionisq; cupiditate & quadam perfectione acquieſcere, ſed lõgius etiã q̃ humanę uitę ratio lubrica poſtulat, de nominis æternitate, ſpe atq; animo cogitare uoluiſti. Quæ magnarũ rerũ ſpes adeò R. T. C. nõ fefellit, ut etiã omnẽ omniũ expectationẽ ſuperauerit. Tantũ enim ea uerę, grauis ac ſolidæ glorię ſenſum cępit, nihil ut cũ ea cõparandũ eſſe, ſed in ea retinẽda pręſentis uitę uoluptates parui ducendas eſſe exiſtimauerit. Tua illa excelſa et alta ingenij uis, quã nec laborũ contentio frãgere, nec occupationũ occurſatio debilitare, nec rerũ quæ petebant difficultas inſperatæ laudis deſperationẽ traducere potuit, in eam uirtutũ omniũ magnitudinẽ progreſſa eſt, ut nulla eã obliuio ſit obſcuratura. Nihil largiri homini diuina prouidẽtia, nihil cõplecti mẽs humana uideri poteſt, q̃d non in admirabilẽ naturę tuę excellentiã ſit collatũ. Pręuidit hoc Opt. Max. Pontifex, cuius ſanctitas nõ màgis inductione animi atq; uolũtatis, quàm uirtutũ tuarũ magnitudine cõmotus, R. Celſ. Tuã ad ſummũ honoris gradũ eccleſiaq; regendę culmen prouehere uoluit. Senſit idẽ et Imperatoria Maieſt. quę magnũ te et excelſum pręſulẽ ad omnẽ laudãdarũ rerũ laudem atq; gloriã contendentẽ, ſic amplectit, ut magnũ Chriſtianæ Reip. pręſidiũ in tua fide atq; procuratione ponere uideat. Agnoſcũt hoc omnes, qui cõmuni uirtutis uoluntate cõmouentur: quorũ tãta eſt excellentiũ tuarũ uirtutũ admiratio, ut dignitati ac glorię tuę mirabiliter faueãt. Ergo cũ hæc quæ deſcribimus officia propria ſint illuſtriũ ac principũ uirorũ, quorũ in numero R. T. C. meritò habet, cũ ea ſit literarũ dignitas, & quædã tanquã maieſtas, ut principib. uiris, et ijs qui in circũfluente laude atq; gloria uerſant, more maiorũ inſcribi debeant: cũ & mihi in hac ingenij fortunæq; tenuitate quęrẽdus ſit magnus aliq̃s patronus, ad depellendã nouitatis inuidiã, alienæq; induſtriæ obtrectationẽ, eaq; ſit morũ tuorũ facilitas et admirabilis quędã gratia, quę et nuper in comitijs Nurenb. mirabiliter me affecerit, et nũc ſibi cũ omni obſeruãtia atq; obſequendi uoluntate planè habeat deuinctũ, benignè faciet R. T. C. ut has noſtras lucubrationes in ſuã fidẽ atq; tutelã ſuſcipere, meq; ſibi commendatũ habere uelit. CHRISTVS R. T. C. Reip. incolumem atq; ſaluam conſeruet. Datum Coloniæ, tertio Cal. Iul. Anno 1550.

CAPITA

CAPITA LIBRI PRIMI DE PRINCIPIS functione atque poteſtate.

Humanæ actiones omnes, cùm uoluntate & poteſtate maximè cōſtent, diligenter prouidendum Principi, quid uel uelit, uel poſſit Cap. 1

Beatā Rempublicā fore, cui prudēs Princeps præſideat 2

De Principis excellentia atq; dignitate 3

Non ambitione, ſed uirtute, honores principatusq; acquirendi erunt 4

In republica gubernanda benignius poſſe ferri Principem malū, quàm eum qui rectus & integer ſit, conſiliarios autem habeat uel malos, uel aſſentatores 5

Principem maximè decet, commoueri utilitate publica 6

Boni Principis eſſe, omnes Reipubl. partes in fidem atq; tutelam ſuam recipere. 7

Cambyſes Perſarum rex ciuitatis gubernacula duabus aſtrinxit legibus, ut uidelicet Principes rectè imperare, ciues parēre ſcirent 8

Principis intētionem eiuſmodi præſumi, qualis eſt lex & ratio naturalis 9

Principi obtemperandū in ijs, quæ cum Dei lege non pugnant 10

Principis eſſe, non ſolum ciuilis uitæ coniunctionem, ſocietatemq; benignè amplecti, uerumetiam religionis ueræ propugnationem ſuſcipere 11

In rebus præclarè gerendis, præcipuè retinendam eſſe animi magnitudinem atq; conſtantiam 12

Variatio & inconſtantia, ſicut in omnibus reprehendenda, ita in Principe præſumēda non erit 13

Cum genus humanum pacis tranquillitatisq; appetens maximè ſit, dabit operam Princeps, ut & ciues & prouincias omnes placatas habere uelit 14

Bellum ita ſuſcipiendum, ut ſine iniuria in pace uiuatur 15

Virtutis proprium eſt, fidem & conuentiones licitas ſeruare 16

Quatenus Princeps cōuentionibus ſuis obligetur 17

Veritatem in omnibus rebus ac cauſis præcipuè ſpectandam eſſe Principi 18

Principis manſuetudine atq; liberalitate multitudinis amorem excitari 19

Imperij diuturnitatē maximè retineri Principis cum ſapiētia, tum beneuolētia, etiā comitate in audiendis populi querelis 20

Vtilis quidem corrigendis moribus malis, Principis ſeueritas, ſed tamen clementia mitiganda 21

Principis boni partes atq; officia quæ ſint generatim 22

Quibus rebus uel ciuium concordia retineatur, uel exercetur charitas 23

Quæ res præcipuè populi cuiuſq; animos in Principe offendant 24

Mediocritas ad uitæ uſum referenda 25

Cum ad Principis æmulationem facilè omnes effingamur, cauere oportet Principē, ne exemplo malo noceat 26

Præclarum, ſed tamen perdifficile eſt, quod quiſq; facit, id poſſe in maiore quadam morum licentia cunctis probari 27

LIBRI SECVNDI CAPITA.

Quid conferant præceptiones de officio & poteſtate Principis 1

Principis poteſtatem duplicem eſſe 2

Eaſdem eſſe & Principis et Regis partes, atq; actiones etiam cum ijs aliquot communes, qui reipub. gubernacula tractant 3

De Principis poteſtate reuerenter ſentiendum, non autem friuolè diſputandū eſſe 4

Principis actiones omnes in honeſtate publica præcipuè defixas atq; collocatas eſſe oportere 5

An Princeps ſine honeſtatis publicæ uiolatiōe, in ſua ipſius cauſa ius dicere poßit. 6

An ſententiam Princeps pro conſcientiæ ſuæ libertate, et ſola rei ueritate inſpecta, dicere poßit 7

An dictam ſententiam Princeps interpretari, corrigere, reſcindere, aduerſus eam reſtitutionem in integrū dare, et eiuſmodi quædam alia conſtituere poßit 8

Poßit'ne Princeps pœnam uel durius uel remißius irrogare, aut omnino remittere. 9

An'ne pleraq; multa Principis poteſtati permiſſa ſint, quorum tamen moderationem requirat æquitas naturalis 10

Ad Principis uerecundiam atq; temperantiam pertinere, ne temerè poteſtatis ſuæ amplitudine abuti uelit 11

Principis poteſtatem plerunq; ſemper iure communi contineri 12

Sit'ne Principi extra territorium ius dicenti, impunè non parendum 13

An ius ſuum Princeps alteri ſine cauſa adimere poßit 14

Principis motus an iuſta cauſa habeatur 15

Principis mandatum an iuſtum metum inferat 16

Sit'ne in Principis poteſtate, mediocrem læſionem inferre poſſe 17

Nihil

CAPITVM INDEX.

Nihil ex omnibus operibus humanis præclarius ipſa illa uitæ actionumq́ omnium æqualitate 18

Princeps, uel Pontifex, quatenus diuini iuris interpretationem facere, uel de eo ſtatuere poßit 19

Quatenus Princeps contra ea quæ uel iuris naturæ, uel gentiū ſunt, ſtatuere poßit. 20

Quatenus Princeps contra ius poſitiuum aut ciuile quippiam ſtatuere poßit 21

Princeps quatenus immunitatem à muneribus publicis & tributis dare, aut uectigalia, collectas, et eiuſmodi imponere poßit, ac debeat 22

Loci aliquot communes earum rerum, quarū poteſtas ſoli Principi reſeruata eſt. 23

FINIS.

DE PRINCIPIS FVNCTIONE ET POTESTATE LIBER PRIMVS, IACOBO Omphalio Andernacenſi Iureconſulto autore.

HVMANAE ACTIONES OMNES CVM VOLVNtate & poteſtate maximè conſtent, diligenter prouidendum Principi, quid uel uelit, uel poſsit. Cap. 1.

1 *Actiones humanæ omnes ex uoluntate & poteſtate dependent.*
2 *Nemo illud aggreditur, in quod non antè inductione & uoluntate animi impellatur, aut cuius efficiendi poteſtatem ſibi non ſumat.*
3 *Voluntas nihil aliud, niſi cum ratione appetitus.*
4 *Princeps longa animi prouiſione pertractatum habere debet, quid in urbium gubernaculis tractandis aut uelit, aut poßit.*
5 *Legis & hominis poteſtas æquiparantur.*
6 *Lex certa & perpetua regula eſt iuſti atq; iniuſti.*
7 *Legis poteſtate cuncta, quæ in hac rerum uniuerſitate geruntur, legitimè & ordinatè fiunt.*
8 *Hoc unumquemq; ſpectare ac uelle conuenit, non quod libido, ſed quod ratio aut honeſtas ſuadet.*
9 *Caput cuiuſlibet artis eſt, decere quod facimus.*
10 *Principis eſt uelle & poſſe, non quod ipſe uelit, ſed quod leges iubent, quæ conſeruata iuris æqualitate, ſuum cuique tribuunt.*
11 *Vera atq; excelſa in republica gubernanda uoluntas eſt, commoueri uice publica.*
12 *Deſcriptio quædam rectorum in rempublicam officiorum.*
13 *Non alia Principis uoluntas eſſe debet, quàm legis, quicum Principis uoluntas confertur.*
14 *Quæ pietatem, uerecundiam, exiſtimationemq; noſtram lædunt, aut contra mores bonos fiunt, ea nec facere nos poſſe credendum eſt.*
15 *Sapientis uiri eſſe, non quod ipſe uelit, ſed quod lex, quod æquitas, quod religio poſtulat, cogitare atq; facere.*
16 *Vtilem eſſe doctrinam de moribus, de functione, de poteſtate Principis.*
17 *Principis uoluntas plerunq; ſemper pro ratione habetur.*
18 *Principis malè acta omnia Dei iudicio conſtringuntur.*
19 *Quæ utilitas ſit huius doctrinæ de Principis functione atq; poteſtate.*

1 CVM ACTIONES humanę omnes ex uoluntate & poteſtate propēdeant,[a] eáq; ſit utriuſque horum cognatio, ut neutrum ſine alterius ope atq; beneficio uim ſuam explicare, aut uſum ullum retinere poſsit,[b] propterea quòd nemo, qui quidem bonis rationibus ac mente prædіtus ſit, illud aggreditur, in quod non antè uolunta-
2 te & inductione animi impellatur, aut cuius efficiēdi poteſtatem non habeat.[c] Voluntas autem, definitore Cicerone,[d] non

a aliud

a DD. in c. cum ſuper Abbatia. extr. de off. iud. delegat. Bald. in l. omne uerbum. in nota. ult. C. communia de legat. Matth. de Affl. in c. 1. tit. quib. mod. feud. amitt. nu. 35. fol. 31. pag. 2. et Frāciſc. Curtius iunior conſilio 10. num. 2. fol. 19. part. 1.

b Boethius lib. 4. proſ. 2. de Philoſoph. conſolat. c Boethius in loco prædicto, & M. Tul. Cicero lib. Rhetoric. 1. cap. 19. d in lib. Rhetoric. 1. cap. 19.

aliud ſit,niſi cum ratione appetitus: ipſa etiam poteſtas perpe 3
tuò referri debeat ad id, quod & legibus permiſſum, & cum
honeſtate publica coniunctum eſt:[a] debet ante omnia rectus 4
& integer Princeps longa animi prouiſione, ingenio atq; me-
moria pertractatum habere, quid in magna rerum poteſtate,
in urbium gubernaculis, in republica gerenda, uel uelit, uel
poſsit. Nam quemadmodum legis & hominis poteſtas æqui- 5
parantur, [b] lex autem certa ac perpetua regula eſt iuſti atq; in- 6
iuſti, quæ tanquam regina diuinarum humanarumq; rerum,
cunctis reipublicæ gubernaculis præſidere debet:[c] hoc eſt, de-
finitore Cicerone,[d] recti præceptio, & praui depulſio, cuius
maieſtate omnia, quæ in hac rerum uniuerſitate geruntur, le-
gitimè & ordinatè fiunt. [e]Et ipſa etiam poteſtas, non ad mo- 7
rum licentiam, ſed decorum illud, quod τὸ πρέπον appellatur,
& in quo omnis uitæ actionumq; honeſtas uerſatur, referri de
beat, cauere ante omnia debet Princeps, & quicunq; reipubli
cæ gubernacula ſibi depoſcit, ne quicquam uel uelle, uel po-
tuiſſe uideatur, quod non idē iure, legibus, atq; æquitate com
probari poſsit. Hoc enim unumquemq; de honeſtate & ſalu- 8
te publica ſolicitum ſpectare, hoc intueri, in hoc uoluntatem
poteſtatemq; omnem defixam atq; locatam habere oportet,
non quod libido, aut impotens ac deprauata animorum per-
cuſsio ſuadet, ſed quod cum decoro atq; honeſtate publica eſt
coniunctum: quando caput, ut ille ait,[f] cuiuslibet artis eſt, de- 9
cere quod facimus. & hoc demum licet, non quod uolumus,
ſed quod honeſtum eſt. [g]Adeoq; meminiſſe, & animo recor- 10
dari eum, qui reipublicæ gubernacula tractat, perpetuò opor
tet, non quod ipſe aut uelit, aut poſsit, ſed quod leges ſuadeāt:
quæ conſeruata iuris æqualitate, ſuum cuiq; tribuunt, ſine cu-
iuſq; læſione, aut iuſta indignatione.[h] Et ea demum uera & re 11
cta eſt in adminiſtranda & gubernanda republica Principis
uoluntas, referente alicubi pontifice Gregorio,[i] commoueri 12
uidelicet ſalute ac uice publica, omnia uitæ ſtudia atq; inſtru-
menta ad utilitatem communem referre: talem animum atq;
uoluntatem in alienis difficultatibus gerere ac præſtare, qua-
lem unuſquiſq; in ſuis neceſsitatibus retinet: habere in conſi-
lio iuſtitiam, æquitatem, & receptos populi mores: & quod
nobis fieri nolimus, id alijs non facere: aliena damna, aliena lu
cra, noſtra eſſe credere, nihilq; humani à nobis alienum eſſe
exiſtimare, ut ethnicus Poeta ait. [k]Nec alia eſſe debet Princi- 13
pis uoluntas, quàm legis, quicum confertur:[l] quæ hoc iubet,
quod licitum, quod honeſtum, quod cum ſalute ac dignitate
reipub-

a l. ſemper. ff. de ritu nup. l. in cōiunctionib. ff. de regul. iuris. c. cū nō decedat. de electi. lib. 6. Marcus Mantu. conſil. 141. num. 25.
b l. 1. C. communia de legat. l. nō impoſsibile. ff. de pactis. Math. de Afflict. in §. etſi clientulus. tit. de alien. feud. part. 1. num. 4. fol. 67. pag. 2.
c l. 1. ff. de legib.
d in lib. 2. de leg.
e d. l. 1. ff. de Legib. et l. iuſtitia. ff. de Iuſt. & iur.

f Quintilianus lib. Inſtitut. orator. 11.
g l. non omne. ff. de Regul. iuris. l. ſemper in cōiunctionib. ff. e. t.

h l. iuſtitia. ff. de Iuſt. & iur. l. 1. ff. de Legib.
i in Hom. 5. ſuper Euâgel.

k Terentius in Heautont.
l d. l. 1. C. cōmunia de legat. et l. non impoſsibile. ff. de Pact.

reipublicæ eſt coniunctum. [a] quando, ut Paulus Iuriſconſul-
14 tus ait, [b] quæ facta pietatem, exiſtimationem, uerecundiam no-
ſtram lædunt, aut contra bonos mores fiunt, nec facere nos
poſſe credendum eſt. Et recepta eſt uera hæc, magnorumq́
hominum iuſta ſententia, boni uidelicet, atque ſapientis uiri
eſſe, non quod ipſe uelit, ſed quod lex, quod æquitas, quod re-
15 ligio poſtulat, cogitare atq; facere. Ac proinde cum utilis hęc,
& in primis ſalutaris diſciplina ſit de moribus, de functione,
ac poteſtate Principis, cùm ad retinendam reipublicæ tran-
16 quillitatem, tum etiam ſalutem communem: neque maior illu-
ſtriorq́ ſtudiorum noſtrorum eſt uſus, quàm qui ad res præ-
clarè gerendas refertur, uoluimus breui tantùm oratione de-
currere, quæ ad functionem poteſtatemq́ recti Principis per
tinerent: non quòd omnia eius officia deſcribere uelimus, quod
immenſi propè operis eſt, & à noſtro inſtituto prorſus alie-
num: ſed quód ſpes nos teneat, ſimplicem hanc noſtram anno
tationem in corruptiſsimis his moribus, & languente atque
propè depoſita omnis diſciplinæ ueteris religione, ijs nonni-
hil profuturam, qui ſibi imperij, urbium, ac rerum gubernacu
17 la depoſcunt. Nam etſi Principis uoluntas plerunque ſemper
pro ratione habeatur, [c] neq; actionum ſuarum alij quàm Deo
18 rationem reddere cogatur, [d] cum tamen omnia eius malè acta
19 Dei iudicio atq; uindicta conſtringantur, [e] utilis in primis eſt
hæc de Principis functione atque poteſtate doctrina.

a l. legis uirtus. ff. de legib. l. iuſtitia. ff. de iuſtit. et iur. l. 1. ff. de leg. b in l. filius. ff. de conditionibus inſtitutio.

Propoſitum autoris.

c l. 1. in principio. de conſtitut. d diſtinct. 3. c. 10 id. de pœnitent. e 2. quæſt. 2. c. ſcelus. Andreas de Iſern. de ſtatut. cont. libert. eccle. edit. Auth. habita, in uerbo miniſtris.

BEATAM REMPVBLICAM FORE, CVI PRVdens Princeps præſideat. Cap. II.

1 *Reſpublica uniuerſa in Principis tutela atq; cuſtodia poſita eſt.*
2 *Princeps ideo clementia atq; benignitate Dei, reipublicæ præfectus eſt, ut iuſtitiæ præſidere uelit.*
3 *Boni uirtutis amore, mali metu pœnæ retinentur.*
4 *Quid intueri & ſpectare in republica Princeps debeat.*
5 *Princeps eiuſmodi ſe gerere ac præſtare debet in regenda Republica, ut ciues illum natum eſſe gaudeant.*
6 *Bonus & rectus Princeps non humana, ſed diuina prouidentia, in cuius poteſtate poſitus eſt, datur.*
7 *Fœlix Reſpublica, cui integer Princeps præſidet.*
8 *Principem ſæpe acerbum & impium propter noſtra peccata reipublicæ præponi.*
9 *Deum ſæpe peccatoribus comminari, quód propter ipſorum peccata dare Principem aſperum & impium uelit.*
10 *Pharaonis ſæuitia omne primogenitum Aegypti percuſſum.*
11 *Dauidis flagitio 70. hominum milia interfecta.*
12 *Principes boni diuina erga nos clementia reipublicæ bene gerendæ proponuntur, ut in tranquillitate uiuamus.*
13 *Princeps quanto prudentior atq; benignior, tanto fœlicior eſt ipſa Reſpublica.*
14 *Satius eſſe, mortē oppetere honeſtè, quàm ſeruiliter Principi malo obtemperare.*

a 2 15 Pha-

15 *Pharaonis tyrannis.*
16 *Adoniſedech inauditum tyrannidis exemplum.*
17 *Abimelech funeſta dominandi libido.*
18 *Nabuchodonoſor quales ſtrages commiſerit.*
19 *Nihil acerbius, quam ex uitioſi Principis arbitrio propendere.*
20 *Anacharſis philoſophus ſummum reipublicæ præſidium in Principe prudente poſuit.*
21 *Pyttacus philoſophus imperij perpetuitatem retineri dixit Principis prudentia.*
22 *Socrates eius imperium firmum & ſtabile eſſe dixit, qui ſuis animorum percuſſionibus imperare, & ciuium charitatem retinere poſſet.*

REIPVBLICAE ſalus uniuerſa cum in optimi
Principis tutela, fide, atque cuſtodia defixa 1
ſit, atque collocata,[a] quem ideo Dominus
Deus, imperij atque urbium gubernaculis
præfecit, ut iuſtitiæ præſidens,[b] bonos uirtu-
tis præmio, malos uerò atque nocentes car- 2
cere, ergaſtulo, atque ſupplicio coerceret,[c] cum præclaræ lau- 3
dis, ac ſperatæ fœlicitatis ſit, cum ſibi optimi Dei clementia,
populiq́ ſuffragatione reipublicæ gubernacula depoſcere, 4
qui communi uirtutis ſalutisq́ uoluntate perpetua commo-
tus, ocio publico proſpicere, gloriæ ac laudi ſeruire, labentem
ac propè cadentem rempublicam ſuſcipere atq; fulcire, etiam
eius clauum in magnis tempeſtatum fluctibus, ac cōmunium
temporum commotionibus ita tenere uelit, ut ciues omnes il-
lum natum eſſe gaudeant: cum denique eius, qui ad gerendam 5
& gubernandam rempublicam accedit, uirtus, & quędam ani
mi ab omnibus grauioribus uitijs uacui excelſitas, non huma-
na, ſed diuina prouidentia detur,[d] propterea quòd omnis im- 6
perij poteſtas atque principatus ex Dei uoluntate propen-
deat,[e] non iniuria beatam atq; fœlicem eam rempublicam di-
cimus, cui prudens & rectus Princeps præſideat.[f] Nam ſicut 7
nulla uitæ humanæ iucunditas, nulla ciuilis coniunctionis ſo-
cietas, nulla reipublicæ tranquillitas, ciuiumq́ ſalus, niſi opti-
mi & moderati Principis ratione atque prudentia retineri po
teſt: ita perpetuò uotis omnibus optandum erit, cum ad rei-
publicæ gubernacula accedere poſſe, qui eius partes omnes
ſaluas & incolumes eſſe uelit: propterea quòd dominus Deus
pro immenſa & admirabili iudicij ſui magnitudine eiuſmodi 8
Principem regundo populo nonnunquam proponat, cuius
aſpera & implacabili naturæ ſæuitia, populi facinora, & pro-
fuſæ abiectæq́ nequitiæ uel diuexentur, uel bonitate atq; cle-
mentia

a Eccleſiaſt. 10. cap. Raphael Fulgoſius cōſilio 20. quod incipit, Pro pleniore ueritate. col. 6. propè ad fin. Matth. de Afflict. in c. unic. in § ut extraordinar. tit. quæ ſint regal. per Frider. imp. b c. nouit. extr. de iudicijs. c. ſolitæ. extrā. de maiorit. & obed. Bartol. in extrauagant. quomodo in crim. læſæ maieſt. ſit proced. in uerbo, totius orbis. col. 10. c l. 1. ff. de iuſt. et iur. et argum. eorū quæ notantur in proœmio decr. et in Auth. de fide inſtrum. in princip. & in præfat. de emendat. Iuſtin. cod. c. et multis per Raphaelē Fulgoſ. cōſilio prædicto. d in Auth. de fide inſtrument. §. quia igitur. coll. 6. Bald. in prin. tit. de pac. conſtant. & idem in c. de noua form. fidelit. in princ. gloſſ. ſingularis in Auth. de hæred. & falcid. in rubr. And. Barba. cōſil. 1. col. 3. in princ. uol. 3. & cōſil. 24. uol. 2. e Eccleſiaſt. cap. 10. ibi, In manu Dei poteſtas terræ. Item, In manu Dei poteſtas hominis. & in epiſt. inter claras. C. de ſumma Trinit. et l. cunctos populos. C. e. t. in Auth. de cōſulib. ad finē. l. iubemus nullā nauē. C. de ſacroſ. eccl. f Eccleſ. cap. 10. ibi, Beata terra, cuius rex, &c. Matth. de Afflict. in d. c. unico. in uerb. ut extraor. tit. quæ ſint reg. per Fred. Im. et Bald. in prin. tit. de pac. cōſt. et Boet. in tract. ſuo de aut. mag. cōſ. fol. 507.

mentia ad amplectendam & colendam uirtutem ij excitētur,
quorum eſt ſtudiū actioq́ omnis cum honeſtate publica con-
9 iuncta.[a] Sic enim ſeueriſsimè comminatur,[b] ei ſe populo, qui
ex omni flagitio & peccandi nequitia concretus eſt, propone-
re ac dare eiuſmodi Principem uelle, qui & pueríli impoten-
tia laboret, & planè ſit effœminatus, ad uindicanda uidelicet
peccata turpiter admiſſa. quando propter Pharaonis inexple
10 bilem ſæuiendi famem atq; cęcitatem, omne primogenitum in
11 terra Aegypti percuſſum eſt:[c] & propter admiſſam Dauidis
turpitudinem atq; ſcelus, percuſſa ex populo ſunt ſeptuagin-
12 ta uirorum milia.[d] Sic quoq; contrà Dominus ad excitandam
plebis ſalutem, eos Principes reipublicæ bene ac ſanctè regen
dæ, pro ſua erga nos clementia proponit, qui ueræ & æternæ
gloriæ ſenſu ducti, omnem animi curam atq; cogitationem in
ſalutem populi, ac rempublicam augendam & cōſeruandam
conferunt: qui optimorū Principum, ueluti Ioſeph Aegypti
præfecti,[e] Moſes,[f] Samuelis,[g] Salomonis,[h] Ezechiæ,[i] Ioab &
Abiſai, aliorumq́ exemplo atq; conformatione impulſi, pro
incolumitate plebis, ac reipublicæ ſalute omnia ſtudioſe, piè,
13 ac fortiter egerunt. Et quanto illuſtrior admirabiliorq́ eius
eſt uirtus, qui & uice publica cōmoneri, & ocio publico pro-
ſpicere, omniáq; uitæ inſtrumenta ad laudem atque gloriam
publicam referre, etiam pro communi ſalute in magnam uitæ
dimicationem deſcendere uelit: tanto beatior fœliciorq́ ea
reſpublica habenda erit, cuius cuſtodia omnis in optimi prin-
cipis poteſtate eſt poſita.[k] quando non deſunt magni artium
profeſſores, qui aſſerunt, aliquanto ſatius commodiusq́ eſſe,
14 quamlibet ſeruitutem ſubire, aut mortem honeſtè oppetere,
quàm impij Principis legibus conſtrictum aliquem teneri.[l]
Quorum ſententiam non planè à ratione ſemotam atq; negle
ctam eſſe, docēt crudeliſsima impietatis exempla: Pharaonis,
15 qui languentem & deſertum populum Iſraeliticum in latere
16 & luto demerſum impiè diuexauit:[m] item Adoniſedech, qui re
ges ſeptuaginta ad inſtar canum, amputatis eorum manibus
17 ac pedibus, ſeruire menſæ coegit.[n] Et item Abimelech, qui do
minandi libidine inflammatus, 709. uiros fratres ſuos uno in
18 lapide trucidauit.[o] Nabuchodonoſor quoq;, cuius furore ex-
tincti atq; interempti ſunt omnes Babylonis ſapientes.[p] Pote-
runt infinita alia cùm ex ſacris, tum quoq; prophanis hiſtorijs
exempla adduci: quibus comprobari poſsit, nihil fœlicius flo
rentiusq́ eius reipublicæ ſtatu dici aut fingi poſſe, qui in opti
mi Principis tutela atq; fide ſit poſitus: contrà nihil acerbius,

a Exempla bonorum exitii, Pharaonis, Exod. 1. et 2. Prouer. 28. Eſa. 3. Oſeæ 8. Iere. 6. Eze. 22.
b Prouer. 28. et Eſa. 3. & Eccleſiaſt. 10. & Eze. 22. & paſsim.
c Exod. cap. 12.
d 2. Reg. 24.
e Geneſ. 42.
f Exod. 6. et 7. 8. 9. 10. 14. 15. 32.
g 1. Reg. 12.
h 3. Reg. 3.
i 4. Reg. 18.
k Bald. in d. c. 1. tit. de noua for. fidelit. et idem in tit. de pac. conſt. Nicolaus Boeth. copioſe in ſuo tractatu, de auctor. mag. cōſil. et Martin. Lau. in ſuo tract. de princ. And. Bar. d. conſil. 1. uol. 3.
l Matth. de Afflict. c. unic. in §. & extraord. tit. quæ ſint reg. per Imp. Fred. num. 9. fol. 181. part. 3. allegās illud Eccleſiaſt. Melior eſt mors, quàm uita amara. & Polycratū philoſophum lib. 7. cap. 17.
m Exod. 1. et 2.
n Iudic. 1.
o Loco iam dict.
p Dan. 2. & 3.

magisq; ſeruile atq; abiectum eſſe, quàm ex illius arbitrio pen 19
dêre, qui Princeps malus eſt. Itaque Anacharſis philoſophus 20
ſummum rerum gerendarum præſidium, atq; reipublicæ ſalu
tem in ſapiēte, integro, ac longo rerum uſu exercito Principe
collocare uoluit. Et Pyttacus philoſophus eam rempublicam 21
beatam eſſe ſcribit, cuius gubernacula is Princeps tractaret,
qui morum ac uitæ innocentia, qui animi magnitudine atque
conſtantia, qui uirtutum omnium cultu atque dignitate cæte
ros facilè omnes in honeſta officiorum religione retineret. Si-
cut & Socrates, eius imperium firmum, ſtabile, ac diuturnum 22
eſſe dixit, non qui ui aut metu, ſed charitate ciuium principa-
tum teneret: & affectionibus ſuis iam antè imperare, etiam a-
lijs obedire didiciſſet. Vt hinc non obſcurè liqueat, beatam ac
fœlicem eam rempublicam eſſe, cuius gubernationem inte-
ger & rectus Princeps ſibi ſumit.

Anacharſis philoſophus reipub. ſalutē in principis prudentia poſitam eſſe dixit.

Pyttaci philoſophi ſententia de fælicitate reip.

Iudiciū Socratis de imperij perpetuitate.

DE PRINCIPIS EXCELLENTIA atq; dignitate. Cap. III.

1 *Homo animal prouidum, multiplex, ſagax, acutum, plenum rationis & conſilij.*
2 *Homo ratione cæteris animantibus præſtat.*
3 *Homo cuius muneris efficiendi cauſa in hanc lucem editus ſit.*
4 *In Principe tanquā Deo mortali reſidere debet firma & cōſtans conſiliorū ratio.*
5 *Princeps quibus uirtutibus præditus eſſe debeat.*
6 *Natura in hominum animos infudit mentis celeritatem & rationem.*
7 *Vnus homo ratione præſtat, cum cæteræ beluæ ad paſtum ſint abiectæ.*
8 *Homo ratione & mente præditus, cognationem quandam cum Deo habet.*
9 *Nihil tam regium ac ſublime, quàm laudi atq; dignitati publicæ ſeruire.*
10 *Magnorum eſt hominum, quæ ad reipublicæ ſplendorem, & imperij amplitudinem pertinent, non ſolùm non recuſare, ſed ultrò appetere, atq; ſibi depoſcere.*
11 *Nemo ad Deum propius accedit, quàm uir bonus.*
12 *Princeps rectus & iuſtus, eſt uir bonus.*
13 *Nulla uel reſpublica, uel politia ſine iuſti Principis moderamine conſtitui poteſt.*
14 *Quare Principes reipublicæ gerendæ propoſiti ſint, de ſententia Solomonis.*
15 *Apoſtolus Paulus ſcribit, Principes ideo reipublicæ præfectos eſſe, ut bonis ad gloriam, malis atq; nocentibus ad uindictam, atq; peccati pœnam ſint dati.*
16 *Quo illuſtrior eſt Principis dignitas atque poteſtas in republica, hoc diligentius omnes eius partes in ſuam fidem atq; tutelam ſuſcipere debet.*
17 *Inglorij ſunt homines, & quorum mentes illiberales uoluptates peruagantur, qui nihil cogitationis in rempublicam conferre uolunt.*
18 *Principibus atq; fortibus uiris ſemper pulchrum fuit, in regenda ciuitate conſilio magnum, beneficio gratum, fama glorioſum eſſe.*

QVAM rerum laudem atque pulchritudinem in
homine cernimus, quem magnus ille & immor
talis orbis conditor Deus, præclara admirabi-
liq; conditione generari uoluit, ut animal illud 1
prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor,
plenum rationis & conſilij, ut Cicero ait,[a] cæteris animanti-
bus in

a in lib. 1. de leg.

2 bus in terris egregiè antecelleret: neque ea ſolùm mente, ani-
mi ratione, atque prudentia uinceret, uerùm etiam intellige-
ret ſe ad apprehendendam agnitionem Dei, ad capeſſendam
rempublicãm, & omnium magnarum rerum gloriam atque
3 dignitatem natum, & in hanc lucem editum eſſe,[a] eandem nos
in iuſti & recti Principis excellentia admirari debemus: quem
ideo diuina prouidentia ad imperij amplitudinem, reipubli-
cæ ſplendorem, ad ſalutem & incolumitatem ciuium gigni &
4 conformari uoluit, ut in eo tanquam mortali quodam deo re-
ſideret firma quædam & conſtans conſiliorum ratio, animus
celſus & erectus in rebus præclarè & ſanctè gerendis, amor
reipublicæ, ſtudium uehemens humanæ ſocietatis, ciuiliſq́
5 coniunctionis, iuſtitiæ fidelis cuſtodia, æquabilis cùm diuini
tum humani iuris ratio, cupiditatis moderator pudor, labo-
rum indefeſſa patientia, firma & ſtabilis rerum aduerſarum,
exilij, doloris atque mortis contemptio: qui longa & ſagaci
animi prouiſione, ocio publico proſpicere, dignitati publicæ
ac laudi ſeruire: qui ciuium res, fortunas, ſalutem, incolumita-
tem in ſua tutela, fide, atque cuſtodia retinere: ſeditioſorum
hominum uim atque flagitia à ſanguine, ceruicibus, & cæde cí
uium arcere: qui labentem ac ruentem rempublicã aduerſus
omnem impetum fulcire atque munire, ſenatus autoritatem,
iudiciorumq́ ſeueritatem defendere atque propugnare poſ-
ſit: qui denique quam uim prȩſtantiſsimarum rerum mens hu
mana, & doctrinæ ſtudia complectantur cognoſcere, cauſas
rerum & cõſecutiones uidere, ſimilitudines transferre, diſiun
cta coniungere: & eam denique rerum omnium, quibus hæc
uniuerſitas retinetur, moderationem aptam adhibere queat,
ut cũctis ſuus honos, ſua dignitas, ſua ſalus, ſine ulla animi con
turbatione, in quadam florẽtiſsimæ reipublicæ tranquillitate
6 conſtare poſsit. Cum enim ipſa illa rerum natura in hominis
tanquam prȩcellentis animantis animum celeritatem mentis,
& rationem infuderit, cuius beneficio & cæteris beluis, quæ
7 ad paſtum abiectæ ſunt, præſtare, & quandam ſibi ſimilitudi-
8 nem atque cognationem cum Deo ſumere poſſet:[b] cum nihil
9 tam regium, præſtans, ac ſublime ſit, quàm laudi, gloriæ, atq;
ſaluti publicæ ſeruire, excitare afflictos, dare ſalutem, propu-
gnare laborantes & oppreſſos, in eadem iuris æqualitate om-
10 nes retinere: præſertim cum magnorum hominum ſit,[c] quæ
ad Reipublicæ ſplendorem, imperij maieſtatem, ſalutem ple-
bis pertinent, non ſolùm non recuſare, ſed ultrò appetere, atq;
ſibi depoſcere, neque ullum dimittere tempus de Republicæ
ſalute

a Bald in tit. de pac. conſt. l. §. 1. uerſ. debitã fidẽ. Anton. Corſ. de poteſt. reg. ibi in ſuo tract. c. nou. extr. de iudic. et ibi. dd. c. ſolitæ. extr. de maiorit. & obediẽ. & in Auth. de cõſulib. ad fin. & in l. iubemus nullã na. C. de ſacroſ. ecc. Martin. Lãd. in trac. de princip. Bart. in extr. tit. quomodo in crimin. læſ. maieſt. ſit proced. Nico. Boer. copioſe in tract. de autorit. mag. conſ. And. Barb. cõſ. 1. uol. 3. dd. in l. cũctos pop. C. de ſum. Trin Bald. in c. 1. tit. de nou. for. fid. & in Auth. ut omnes obed. iu dic. pro. §. arripiãt. et 23. quæſt. 4. c. qui pecc. & 2. quæſt. 5. c. non fruſtra. Matt. de Afflict. in c. 1. tit. de pac. tenen. & eius uiolat. Idem quoq; et Bald. in §. inueſtit. tit. de nou. form. fidel. And. de Iſern. in tit. quæ ſint reg. col. 3. Philip Decius conſil. 689. part. 5. num. 19. fol. 42. pag. 2.

b Extãt in hãc rẽ pulchræ notationes apud Cic. lib. 1. de Legib. et Lactãt. Firm. Auguſt. et alior.

c epiſt. inter claras. C. de ſumm. Trinit. Iuſtin. in procem. ff. et inſtit. c. nouit. ext. de iud. c. ſolitæ. ext. de ma. et ob. l. 1. ff. de iuſt. et i.

ſalute cogitandi: cum denique nemo propius ad Dei maieſta- 11
tem accedat, quàm uir bonus, qui doctrinę ſtudijs, & urbium
regendarum peritia, etiam honorum & imperij amplitudine,
tanto cæteris hominibus pręclarius præſtet, quanto homines
nos inferiores ſumus Dei rationibus: is autem ſit Princeps, re- 12
ctus præſertim, & iuſtus: facilè intelligitur, quāta eius ſit cùm
præcellentia, tum uerò dignitas. Cuius ita magnus & neceſſa- 13
rius eſt in urbium rerumq́ue gubernaculis uſus, nullus ut Rei-
publicæ ſtatus florens ac fœlix conſtitui, nulla ciuilis uitæ con-
iunctio retineri, nulla politia in his corruptis ac deprauatiſſi-
mis moribus humanis, ſine recti & moderati Principis pru-
dentia uel extare, uel conſeruari poterit. Itaque & Solomon 14
teſtatur, Dei erga humanam naturam clementis prouidentia
factum eſſe, ut imperij urbiumq́ue gubernaculis præfecti ſint re-
ges atque principes, qui intelligerent in Republica benè & præ-
clarè gerenda nōn fortunam, non libidinē, non temeritatem,
ſed rationem & diligentiam dominari oportere: qui ſcirent ſa-
lutem populi, atque dignitatem publicam, ſupremam legem
eſſe: qui & ægras, languentes, & propè depoſitas Reipublicę
partes omnes in ſuam tutelam atque cuſtodiam ſuſcipere, &
fortiter propugnare poſsēt. Et apoſtolus Paulus ſcribit, prin- 15
cipes & poteſtates ideo Reipublicę gubernaculis pręfectos
eſſe, ut Dei uidelicet miniſtri eſſent omnibus ijs qui rectè ui-
uerent, beneq́ue agerent, in gloriam: alijs uerò, qui ſe flagitijs de-
derent, in uindictam, atque peccati ultionem. Itaque quo ma- 16
ior illuſtriorq́ue eorum, qui in regunda Republica principes
ſunt, & gloria, & poteſtas eſt, etiam auguſtius officium, hoc
maiore cura & ſolicitudine in hanc diligentiam incumbere de-
bet, quiſquis ſibi Reipublicę gubernacula depoſcit, ut in ea
ſanctè, iuſtè, atque innocenter uerſetur, ut uice publica com-
moueatur, ut omnes ciues eodem iure atque benignitate reti-
nere, neque ullam de Republica benemerendi occaſionē negli-
gere uelit. Nam ſicut ignaui, ſcgnes, & inglorij ſunt homines, 17
& quorum mentes nulla honeſti cupiditas, ſed uoluptates ma-
lę peruagantur, qui Reipublicę ſtudium omne deponunt: ita
Principibus atque fortibus uiris ſemper pulchrum fuit, in re- 18
genda ciuitate induſtrium, conſilio magnum, beneficio gra-
tum, famaglorioſum eſſe & haberi.

Prouerb. 8. cap.

ad Roman. 13. et probatur 3. quæſt. 4. c qui pecc. et 2. quæſt. 5. c. non fruſtra. & pulchrè per Matth. de Affl in d. c. 1. tit. de pac. tenen. part. 3. fol. 44. num. 4. & in d. Aut. de hæred. & Fal cid. in princ. idē Matth. de Affl & Bald in c. ineuſſit tit. de nou. form. fidel.

NON AMBITIONE, SED VIRTVTE HONO-
res principatusq́ue acquirendi erunt. Cap. IIII.

1 *Virtute nos ad ſolidam gloriam excitari.*
2 *Nihil pernicioſius honorum ambitione.*
3 *Omnis poteſtas & principatus præclarum donum Dei eſt.*

4 Dei

4 *Dei bona omnia non ulla ambitione mala, ſed innocentia atq; integritate uitæ acquirenda erunt.*

5 *Virtute proximè ad Dei immortalitatem accedimus.*

6 *Ambitioſus ſemper pauet, ſemper extimeſcit, ſemper aliquid poſcit.*

7 *Quos nulla mouet libido, nec ſubuertit auaritia, nec delectat uoluptas mala, eos ſæpe nimia illa honoris poteſtatisq; ambitio in fœdam naturæ deprauationem conijcit.*

8 *Paulus apoſtolus uetat, ne inanis gloriæ cupidi eſſe uelimus.*

9 *Difficile eſt, animū gloriæ cupidū in æquabili imperij tēperatione retinere poſſe.*

10 *Miſerrimam omnino eſſe ambitionem, honorumq; contentionem, & qua humana mens facillimè impellatur ad res iniuſtas.*

11 *Qui per ambitionem ſe probos ſimularunt, ij in poteſtate conſtituti, ualde ægrè ſibi temperare poſſunt.*

12 *Abijcienda omnis animi mollities, & nimia illa honorum ambitio.*

13 *Honores atq; principatus uirtute potius, quàm ambitione acquirendi nobis erunt.*

1 VIRTVS ſola cum ſit, quę æternitatis ſenſu nos
ad ſolidam uitæ gloriam excitat, quæ omnia
quę in captum humanum cadere poſſunt, ſua
conſtantia regit, atque gubernat: quę nec po
pulari gratiola commouetur, ſed intra ſe po-
ſita, caſus humanos, & quoſcunq; rerum ſuc-
2 ceſſus paruifacit: contrà uerò, cum nihil pernicioſius ſit ho-
norum ambitione, & quæ unumquemque, gloriæ præſertim
cupidum, ad res iniuſtas facillimè impellit: ualde cauendum
& recto moderatoq; Principi, & optimo cuique, ne ambitio-
ne potius, quàm uirtute, honores poteſtatemq; magnam ac-
3 quirere ſibi uelit.[a] Nam cum omnis poteſtas atque principa-
4 tus præclarum atque præſtans donum Dei ſit:[b] Dei autem do
na atque beneficia omnia non ambitione, ſed animi integrita-
te, uitæq; innocentia ſint acquirenda: longè ſemper præſtat
5 uirtute, qua proximè ad Dei immortalitatē accedimus, quàm
ambitione honores poteſtatesq; acquirere.[c] Fit enim plerun-
que ſemper, ut qui ex honorum cupiditate atque ambitione
propendent, eorum actio omnis plena ſit diſsimulationis &
falſæ gratiæ: quando qui ambitioſus eſt, non intra ſe conſtitui
tur, ſed emerendi fauoris cauſa omnia ſua ſtudia, atque uitæ
inſtrumenta ad eorum pręcipuè arbitria conformat, quorum
6 ſe ſperat ſuffragatione adiutum iri poſſe. Semper pauet, ſem-
per extimeſcit, ſemper aliquid expoſcit,[d] nihil ex animi ſenten
tia, ſed contra naturæ impetum cuncta faciens. Quibus præ-
eſſe affectat, eis humilitatem defert: & quibus imperare cupit,
eorum ſe uoluntati ſeruiliter dedit, aſſurgit, blanditur, aſſenta
tur. Vitium in primis ei & deteſtandum, & fugiendum, cuius
animi excelſitas non alia re magis, quàm uirtutis amore com-
moueri debet. Nam quos nulla permouet libido, quos non

a Abbas in c. cū iamdudū. in uerbo, tertiā obiect. & in c. quia in tantū. not. 1. extr. de præb. tot. tit. ad L. Iul. de ambit. Panor. in c. 1. extr. de ſymon. Card. in clemen. 1. de regul. Bald. in l. ſi quenquā. C. de epiſc. et cl.

b Vt in Auth. quomodo oport. epiſc. in princ. col. 1. & c. quoniā. diſtin. 10. & c. ſolitæ. extr. de maior. & obed.

c in Auth. ut iudic. ſine quo. ſuffrag. collat. 2. et l. unica. C. ad L. Iul. repetūd. et l. unica. C. ad L. Iul. de ambit.

d Innocent. pulchrè de uilitate humanæ conditionis. Extantq; pulchri in primis loci de uitanda ambitione in l. 1. §. 1. ff. de uar. cognit. l. ult. de crim. ſacrileg. l. eos. in princ. ff. de decurion. etc.

ſubuertit auaritia, quos non delectat ulla uoluptas mala, eos
ſæpe nimia illa honoris atque poteſtatis ambitio in fœdiſsi- 7
mam naturæ deprauationem conijcit.[a] Commonetq́ꝫ ſeuerè
nos apoſtolus Paulus,[b] ne inanis gloriæ cupidi effici uelimus,
prouocando uidelicet, atque inimicè inſectando: ſed ut chari- 8
tatem potius mutuam in humilitate atque obedientia exerce-
re uelimus. Et quãdo in primis arduum ac graue eſt, animum 9
gloriæ imperijq́ꝫ cupidum in ea moderatione tenere poſſe, ut
æquitatem ſeruet: propterea quòd Cicero ſcribat,[c] omnino
miſerrimam eſſe ambitionem, honorumq́ꝫ contentionem, fa-
cillimeq́ꝫ ad res iniuſtas eos impelli, qui gloriæ cupidi ſunt: 10
etiam eos qui per ambitionem ſe probos eſſe ſimulauerunt,
ualde ægrè poſſe in poteſtatibus ſibi temperare:[d] abijcienda
ſanè erit omnis animi mollities, & nimia illa honorum mere- 11
tricula ambitio: quærendiq́ꝫ principatus atque dignitates om 12
nes uirtute potius, quàm priuati honoris cupiditate.[e] 13

a Ambroſius in Euangeliſtã Lucam lib. 3.
b Ad Galat. 6.
c In lib. Offic.
d Idem Cicero in Rhetor.
e Cardin. in d. clement. 1. de regul. Bald. in l. ſi quenquam, C. de epiſc. & cleric.

IN REPVBLICA GVBERNANDA BENIGNIVS poſſe ferri Principem malum, quàm eum qui rectus & integer ſit, conſiliarios autem habeat uel malos, uel aſſentatores. Cap. V.

1 *Qui Reipublicæ præſidet, aut ſit optimus Princeps, aut conſiliarios habeat non malos, neq; aſſentationi obnoxios.*
2 *Valde optandum, Principem in gubernanda Republica eum tenere curſum poſſe, in cuius perpetuitate collocari Reipublicæ ſalus poſſit.*
3 *Si Princeps non omnino optimus ſit, proximus gradus eſt, eiuſmodi eius conſiliarios eſſe, qui omnes ciues in eadem æquitate retinere uelint & poſſint.*
4 *Principis poteſtas omnis in manu Dei eſt.*
5 *Principis boni & recti partes atq; officia qualia ſint.*
6 *Huius quoque eſt, magna contentione omnes laborantes Reipublicæ partes in ſuam tutelam atq; cuſtodiam ſuſcipere.*
7 *Exempla aliquot ſanctorum optimorumq; Principum.*
8 *Quales conſiliarios Moſes regundo populo præfecerit.*
9 *Iudicia recta facienda.*
10 *Vt optimus in Republica gubernanda Princeps eſſe, aut bonos, ab omniq; aſſentatione alienos conſiliarios habere uelit.*
11 *Tolerabiliorem Reipublicæ ſtatum eſſe, cui Princeps malus præſideat, quàm cuius conſiliarij ſint mali ac uitioſi.*
12 *Antigoni regis in depellenda aſſentatione pulcherrima ſententia.*
13 *Rex aut Princeps non regula, ſed tantùm miniſter eſt honeſti & iuſti.*
14 *In Reipublicæ gubernaculis ij adiungendi erunt, qui conſilio, prudentia, ac continentia populum regere poſſint.*

VALDE, & pro Reipublicæ ſalute magnopere
expetendum eſt, ut qui Reipublicæ gubernacu
la tractat, Princeps ſit bonus: aut ſi optimus eſ-
ſe non poſsit, conſiliarios habeat nec malos, nec
aſſentationi obnoxios.[a] Vt enim perpetuò o- 1
ptarem eiuſmodi Principem populo præfici, in quo ſumma
animi

a Extãt in hãc ſententiã aliquot præceptiones in procœ. ff. et C. et in uniuerſa officiorũ deſcriptione. itẽ in c. ſuſcepti reg. extr. de elect. et c. fund. e. t. lib. 6. et paſsim

animi prudentia apparere poſsit, qui in dignitate publica, in
rebus benè atq; præclarè gerendis, in gubernanda Republica
2 cum tenere curſum poſsit, in cuius perpetuitate ſalus ciuium
collocari queat:[a] ita ſi Princeps naturæ ſiue tarditate, ſiue aſpe *a Iuſtinian. pulchrè in præfat. lib. inſtit. & ff.*
ritate impeditus, eam animi cùm prudentiam, tum magnitudi
nem, grauitatem item & conſtantiam, quam ſalus publica ma
ximam requirit, adferre non poſſet, proximus gradus fœlicita
tis erit, extare eiuſmodi Principis conſiliarios, quorum fides,
religio, ſeueritas, continentia, & æquabilis animi lenitas nulli
3 gratiæ, nulli odio, nulli aſſentationi obnoxia, & Principis ſui
conſilia atque res omnes prudentia regere, & æquitate mode-
rari, etiam populum in officiorum religione retinere poſsit.[b] *b quæ in lib. ff. etiam C. de officiorum ratione extant, hanc ſententiã cõprobãt.*
Hanc enim ſolicitudinem & diuinæ & humanæ leges à nobis
4 requirunt, ut Reipublicæ præpoſitus Princeps, cuius pote-
5 ſtas omnis in manu Dei eſt,[c] uelit eſſe uir bonus, metuẽs Dei, *c Eccleſiaſt. 10.*
amans patriæ atque ſalutis communis, in quo non proni ad li- *Optimi principis deſcriptio.*
centiam mores, non audax temeritas, non ullum arrogantis
fortunæ impreſſum ueſtigium reprehendi poſsit, ſcilicet qui
utilitatis communis ſtudio illectus, omnes ægras atque laben
6 tes Reipublicæ partes in ſuam fidem atque tutelam recipere,
& ſingulari animi magnitudine eorum reſiſtere uelit audaciç,
qui ſcelere atque immani impietate ciuium tranquillitatem ſe
ditioſis factionibus perturbant. Eiuſmodi Principis exempla
7 extãt in Ioſeph Aegypti præfecto,[d] in Moſe,[e] in Samuele,[f] Da *d Geneſ. 41.*
uide,[g] Salomone,[h] Ezechia, & præclaro informatore omnis *e Exod. 6. 7. itẽ 8. 9. 10.*
recti Principis Ioſaphat,[i] qui eius, in cuius cura atque ſolicitu- *f 1. Reg. 12.*
8 dine reſideret Reſpublica, partes eſſe uoluit, Deum uidelicet *g 2. Reg. 24. et 3. Reg. 3.*
fideliter & toto corde timere, lites & populi controuerſias le- *h 4. Reg. 18.*
gibus atque æquitate definire, uniuerſumq; populum in mo- *i 2. Paral. 19.*
rum modeſtia atque uitæ innocentia retinere. Et Moſes,[k] quo *k Num. 11. & Exod. 18. & probatur amplius Deut. 1. Prouer. 17. Pſal. 2. Sap. 1. et 6. Eccleſ. 10.*
fœlicior Reipublicæ ſtatus retineretur, ex omni plebe uiros
ſeniores, ſapientes, & Deum timentes, qui & ueritatem ample
cterentur, & odio haberent auaritiam, iudicia recta facerent,
omnia denique conſilio ac prudentia gubernarent, elegit: ut
9 hoc inſtituto probare ſatis poſſet, nihil præclarius aut præ-
ſtantius in Reipublicç laude atq; ſplendore eſſe, quàm ut Prin
10 ceps ipſe omni laude cumulatus, aut conſiliarios habeat nec
malos, nec aſſentatores. quando & Plutarchus ſcribit,[l] tolera *l In Apophthegmatib. et refert Vdalricus Zaſ. conſil. 10. num. 2. fol. 206.*
11 biliorem Reipublicæ ſtatum fore in Principe malo, quàm ubi
boni Principis conſiliarij mali eſſent, atque uitioſi: propterea
quòd facilius unius hominis peccatum, & naturæ deprauatio
corrigi poſsit, quàm multorum. Et Antigoni regis pruden-

 tiſsimi

Antigoni regis ſeueritas atque conſtantia.

tiſsimi admirabilis ſeueritas, atque rectè omnia faciendi con- 12
ſtantia docet, nihil periculoſius eſſe principi uiro, quàm ut uel
malis, uel aſſentatoribus conſiliarijs ſe dedat atq; committat.
Hic enim, cum quidam adulator conſul diceret, regibus om-
nia, quæ uel libido, uel uoluntas poſceret, honeſta atque iuſta
eſſe: reſpondit, ea regibus honeſta eſſe, quæ cum ſalute publi- 13
ca forent coniuncta: & ea iuſta, quę licita: propterea quòd rex
non regula, ſed tantũ miniſter honeſti & iuſti foret. Quo ipſo
exemplo quoque admonemur, ut Princeps in Republica ſum 14
mam uirtutũ omnium laudem ſibi retinere, aut conſilij actio-
niſq; omnis eos ſibi ſocios adiungere uelit, qui & conſilio, &
uitæ innocentia cæteris uiuendi leges rectè præſcribere poſ-
ſint & uelint.

PRINCIPEM MAXIMÈ DECET, COMMO- ueri utilitate publica. Cap. VI.

1 *Recti iuſtiq; Principis eſt, cùm ad ciuium ſalutem excitari, tum uerò commoueri uice publica.*
2 *Semper laudati fuerunt, qui plurimum operæ atque induſtriæ in Rempublicam contulerunt.*
3 *Contrà ſegnes & turpes habiti, qui nihil animi, nihil ingenij, nihil cogitationis in Rempublicam poſuerunt.*
4 *Vtilitas publica cunctis rebus anteferenda.*
5 *In augenda & retinenda utilitate publica, perpetua ſeruanda hæc regula, ut abſit aliorum iniuria.*
6 *Nullius ius uiolandum, ſed æqualitas ubiq; retinenda erit.*
7 *Quæ utilitatis publicæ cauſa à Principe ſunt conſtituta, hanc temperationem retinere debent, ut abſit iniuria & iniquitas.*
8 *Pulchra præceptio de optimi Principis functione.*

a Pulchrè hic locus à Cicerone tractatur in Phi lip. 1. & oratione pro Pub. Seſtio, & in c. ſuſcepti regim. extr. de elect. et c. fundam. de elect. lib. 6. & clemẽt. paſtor. cura. extr. de ſentent. & re iud. et in l. 1. §. licet aũt. ad fin. ff. de peric. & commod. rei uend. et ibi notata, in uerſic. qudminimo. & in l. ſeruus. et quæ ibi notãtur. ff. de ſer. export.

PVLCHRVM in primis eſt, atque præclarum,
cum qui Reipublicæ tanquam Princeps be-
ne regendæ præpoſitus eſt, cùm ad ciuium ſa
lutem excitari, tum uerò commoueri utilita- 1
te publica.[a] Nam etſi ex omni humano opere
nihil ferè difficilius eſt, quàm in Reipublicæ
cuſtodia, quæ magnis ſæpe tempeſtatum fluctibus agitatur,
ita eius clauum tenere, ut & ea ſalua atq; incolumis in portum
euehatur, & ciues agnoſcant labentem & propè cadentem
Rempublicam magnis præſidijs fulcitam eſſe: ſemper tamen
laudati ij fuerunt, qui nulla re alia, quàm communi ac perpe-
tua uirtutis uoluntate commoti, etiam ciuium charitate ac ſa-
lute excitati, plurimum operæ, induſtriæ, ac præſidij in Rem-
publicam cõtulerunt: ſicut contrà ſegnes ac turpes habiti, qui 2
nihil animi, nihil ingenij, nihil cogitationis, nihil facultatum,
uel ſtudij in communem utilitatem poſuerunt. Debet enim 3
omnibus

omnibus nobis, qui uerum uirtutis ac gloriæ ſenſum retine-
mus, magno ſtudio eſſe bonum commune: nec ulla res tanta
4 eſſe, quam non in augenda & amplificanda utilitate publica
ſuſcipere & retinere uelimus: [a] idq́ præcipuè cum hac mode-
ratione, ne uel illiberali, uel turpi aliqua re utilitatē publicam
quærere, aut alterius cum iniuria eam amplificare uelimus:
propterea quòd in augenda utilitate publica ea regula perpe-
5 tuò ſit tenenda, ut abſit aliorum iniuria. [b] Atq; ut ita ſiue com-
munibus, ſiue noſtris, ſiue alienis rebus ſeruiamus, ut conſer-
uata æqualitate, nullius uel ius uiolemus, uel fraudem infera-
6 mus. [c] quando etiam ea, quæ à Principe utilitatis publicę cau-
ſa conceduntur, hanc perpetuam temperationem habent, ut
ijs quis uti ſine alterius damno ac iniuria debeat ac uelit. [d] Itaq;
7 optimi Principis erit, fortem propugnationem ſuſcipere in
augendo & retinendo bono publico, dare multa & præclara
uoluntatis egregię ſigna, facultates tum ciuium, tum etiam pu
blicas ſibi eſſe chariſsimas, ferre opem patriæ, ſuccurrere ſalu
ti fortunisq́; omnibus, res deniq; ſuas utilitati publicæ poſt-
8 ponere. [e] Extant in hanc rem, & quatenus priuatorum com-
modis utilitas publica anteferenda, paſsim præceptiones: qua
rum formulas aliquot cum in eo libro, quem de Vſurpatione
legum nuper inſcripſimus, oratione explicare conati ſimus,
non eſt uiſum eas hic repetere.

BONI PRINCIPIS ESSE, OMNES REIPV-
blicæ partes in fidem atq; tutelam ſuam
recipere. Cap. VII.

1 *Eaſdem ferè Principis partes eſſe in retinenda Reipublicæ incolumitate, quæ & medici ſunt in curatione corporis humani.*
2 *Platonis præcepta duo in augenda & retinenda uniuerſa Republica.*
3 *Nulla uitæ dimicatio pro Reipublicæ ſalute reformidanda.*
4 *Expedit cunctis, uniuerſas Reipublicæ partes ſaluas & incolumes fore.*
5 *Vt nemo, qui quidem bonis rationibus præditus eſt, uni ſibi locuples eſſe uelit, ita ſtudia noſtra in communem utilitatem referri debent.*
6 *Omnia pro incolumitate Reipublicæ ſtudioſiſsimè agenda erunt.*
7 *Non nobis nos, ſed partim patriæ, partim amicis natos eſſe.*
8 *Omnes Reipublicæ partes, non unam aliquam, ſuſcipiendas eſſe.*
9 *Qui Reipublicæ bene ac ſanctè gerēdæ præſidet, eum cogitare oportere, non uni ſibi, ſed cunctis ſe natum eſſe.*

1 QVAE ſobrij medici partes eſſe ſolent, ut non
ad unam aliquam corporis partem, ſed uni-
uerſam hominis ualetudinem, ſuam curatio-
nem atq; medicinā conuertat: nonnunquam
etiam unum atq; alterum membrum uri ſeca
riq́; iubeat, ut totum corpus conſeruetur: eæ-
dem erunt & recti iuſtiq; Principis partes, ut de ſententia M.

a Extant huius paſsim loci apud Petrū de Ancha ra. copioſe in c. bonæ. el. 1. uerſ. ult. extr. de poſtul. prælat. Specul. tit. de diſput. & allegat. §. ſatis clarè. uerſ. et breuiter. & in l. 1. ibi Bart. C. de caduc. tol. DD. in Aut. res quæ. C. cōmun. de leg. cōſil. et in eo ano not. d. Hēningi à Goben. quod ordin. 7. eſt num. 4. & paſsim.

b l. iure nat. de regul. iur. l. 1. §. idem aiunt. ff. de aqu. plu. arc. l. in ſumm. §. idē Varrus et §. idē Labeo. ff. e. t. et l. ſi alius. §. eſt autē. ff. quod ui aut.

c Pulchrè text. in l. 1. §. idē autē. ff. de aqu. plu. arc. d. l. in ſumm. §. idē Varr. ait.

d Text. in l. ſeruit. præd. ruſt. §. public. ff. de ſeruit. l. præt. ait. ff. ne quid in loco publ. ibi in uerſ. Meritò.

e Bart. in Aut. de her. et l. falc. num. 4. Philipp. Dec. part. 5. cōſ. 656. nu. 6. fol. 32. et Zaſ. in 1. uol. conſil. fol. 233. num. 10.

Sobrij medici partes.

Tullij Ciceronis,[a] duo Platonis præcepta teneat: quorum u- 2
num eſt, ut utilitatem ciuium ſic tueatur, ut quęcunq; agit, ad
eam referat, oblitus ſuorum commodorum: alterum, ut cor-
pus totum Reipublicę curet, ne dum partem aliquam tuea-
tur, reliquas deſerat.[b] Hunc locum, quia alio in libro cum ali-
qua enumeratione membrorum Reipublicę annotauimus,[c]
uoluimus eius tantùm hoc in loco ſiue Principem, ſiue Lecto
rem admonere, ut ſciret, quotiēs de Reipublicę ſalute, & per-
petua ciuitatis incolumitate ageretur, nullam eſſe dimicatio-
nem, ac uitę periculum pro ſalute patrię, pro incolumitate ci-
uitatis, pro tranquillitate publica fugiendum.[d] Expedit enim 3
omnibus, qui ocium cum aliqua dignitate amplectuntur, uni-
uerſas Reipublicę partes ſaluas & incolumes eſſe. Et quemad 4
modum nemo eſt, qui quidem bonis erit rationibus prẹditus,
aut non omnino ex infinita habendi fame concretus, qui ſibi 5
ſolùm diues atq; locuples eſſe cupit: ſed etiam prouidere libe-
ris, propinquis, & amicis, eorumq; ſeruire rebus atq; commo
ditatibus: pręclarè etiam à Platone ſcriptum eſt,[e] non nobis 6
nos ſolùm natos eſſe, ſed ortus noſtri partem aliquam ipſam
patriam, quę cunctis chariſſima eſt:[f] partem etiam amicos, qui 7
buſcum naturę cognatione cōiuncti ſumus,[g] uendicare: opor
tet rectum & bonum Principem, & optimum quemque in ea
ſententia eſſe, ut cùm omnia pro incolumitate Reipublicę ſtu- 8
dioſiſsimè agat, tum uerò non in unam aliquā, ſed omnes eius
partes tuendas, ac conſeruandas, animum cogitationemq; 9
ſuam conijciat:[h] cogitetq; ſemper, non ſibi uni, ſed augendis
conſeruandiſq; Reipublicę partibus omnibus ſe natum eſſe.

a in lib. 1. Offic.
b Hæc ſententia cōprobatur per tex. in Aut. de iu dic. §. ul. ibi, quia per omnia nobis cura eſt eorū utilitatis pariter et æquitatis, &c. et tex. in c. 1. in pr. tit. de prob. feu. alien. per Loth. et Bart. in tract. de regim. ciuit.
c in lib. de Vſurpat. legum.
Omnibus expedire, ſalud Remp. ſaluā fore.
d gloſſ. & Ab bas in clemen. unic. de bapt. Lucas de Pen. in l. militar. C. de decurio. lib. 10. & DD. in l. decernimus. de epiſc. & cleric. & ibi Alberic. Roſ.
e Refertur à Cicer. in lib. Offic.
f Bart. in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. Specul. tit. de feudis. §. quoniam. uer. 16. et amplius Bart. in l. uelut i. ff. de iuſt. et iu. gloſſ. in l. fallaciter. C. de abolit. Alex. & DD. in l. minimè. ibi quoque gloſ. ff. de relig. et ſump. fun. et fac. l. habebat. de legat. 3. l. 1. §. ei qui. ff. de uent. in poſſ. mitten.
g l. ut uim. & quæ ibi notātur. ff. de iuſt. & iur.
h Clem. paſtor. cur. ext. de ſent. et re iud. c. ſuſcepti regim. extr. de elect. c. funda. de elect. lib. 6.

CAMBYSES PERSARVM REX, CIVITATIS
gubernacula duabus aſtrinxit legibus, ut uidelicet
principes rectè imperare, ciues parēre
ſcirent. Cap. VIII.

1 *Princeps duabus legibus aſtringitur, ut uidelicet rectè imperare, ciues uerò parēre ſciant.*
2 *Inſolens res eſt, & plena intemperantiæ, dominandi libido.*
3 *Præſtantibus ingenijs facilius incumbit impotentior quædam imperandi cupiditas.*
4 *Difficile eſt, in magna rerū licētia atq; poteſtate affectiones domitas habere poſſe.*
5 *Lubrica res eſt poteſtas.*
6 *Princeps ante omnia diſcat, ſingulari animi temperantia atque continentia rectè & liberaliter alijs imperare.*
7 *Mos maiorum in Republicæ gubernaculis tractandis.*
8 *Maiores noſtri in regenda Republica aut ipſi optimi fuerunt, aut eos ſibi conſiliorum ſocios adſciuerunt, qui eruditione ac prudentia cæteris præclarè antecelluerunt.*
9 *Nemo rectè & liberaliter alijs imperare poteſt, qui non antè didicerit rectè imperanti obtemperare.*

10 *Nec alijs uitæ morumq; legem rectam præſcribere poteſt, qui prauis animorum percuſſionibus non poteſt imperare.*

11 *Proprium eſt Principis, & rationi obtemperare, & domitas affectiones habere.*

12 *Omnes facilè eius exemplo ad colendam uirtutem impellimur, qui rectè imperat.*

13 *Generale pactum eſt humanæ ſocietatis, ut ciues iuſtè atq; legitimè imperanti parêre uelint.*

14 *Ciceronis præceptum de parendo magiſtratui.*

NON ineptè Cambyſes Perſarum rex ciuita-
tum urbiumq́ gubernacula duabus legibus
1 aſtringere ſolebat, ut ſcilicet Principes rectè
imperare ſcirent, ciues uerò iuſto imperio pa
rêre. Nam ſicut inſolēs res eſt, & plena intem
perantiæ, dominandi libido, præſertim ſi ea
2 in naturam aſperam & importunam cadat, quæ nec legibus fa
cilè conſtringi, uel retineri uirtute poſsit:[a] ita fit non rarò, ut
magnis & præſtantibus ingenijs facilius incumbat impoten-
tior quædam imperandi cupiditas: quæ ſi inſolentius ſe pro-
fundat, longiusq́ progrediatur, quàm uel honeſtas publica,
uel ſuſcepti officij ratio poſtulat, ingentia ſecum mala adfert.
3 Exemplo huius ſunt Marius, Sylla, & plerique alij, quorum infi
nita imperandi cupiditas, & inexplebilis quædam honorum
fames, Romanam rempublicam ciuili ſanguine conſperſam,
ingenti calamitate, ac miſerabili clade confecit. Eſt enim diffi-
4 cile, in maiore quadam uitæ licentia ac poteſtate omnes animi
affectiones domitas habere poſſe,[b] non præſentis uitæ uolu-
ptates lubricas, non inuidioſas opes, non præcipitem illam do
minandi imperandiq́ libidinem concupiſcere, ſed uniuerſa
ſua ſtudia in rebus præclarè gerendis, in gloria uera, atque di-
gnitate publica locata atque poſita habere. Et quia planè lubri-
5 ca res eſt poteſtas,[c] cuius inſolentia humanum ingenium, cu-
pidum præſertim & intemperatum, facilè cupiditatibus peſsi
mis ſubuertit, dare in primis operam debet Princeps, & qui-
cunque Reipublicæ bene ac ſanctè gerendæ præficitur, ut ſingu
6 lari animi temperantia atque cōtinentia rectè & liberaliter alijs
imperare diſcat:[d] etiam eos ſibi adſciſcat, quorum prudentia,
conſilio, autoritate, atque uirtute in populo bene ac liberaliter
7 regendo utatur. Nam hunc morem maiores noſtri in floren-
tiſsima republica, atque urbium gubernaculis ſibi retinuerunt,
ut Princeps ipſe regendæ ciuitatis ſcientiſsimus eſſet: uel eos
ſibi in adminiſtranda Republica adiungeret, quorum fide ac
uirtute tranquillitas publica conſeruaretur. Sic enim Vlyſſes
Alcinoum, Achilles Chironem, Patroclus Achillem, Aga-
memnon

Cābyſes Perſarum rex, urbium adminiſtrationē duabus adſtrinxit legibus.

a Hoſtienſ. pulchrè in c. Mich. extr. de iureiur. et not. in c. ad apoſtol. ext. de re iud. & 15. quæſt. 6. gloſ. in c. ſi papa. diſtinct. 18. Bald. quad. in Auth. habita. C. ne filius pro pa.

Infinita regnandi cupiditas in Mario & Sylla.

b l. ult. § filijs autē. C. de bon. quæ liber. c. omnis ætas. 12. quæſtion. 1. gloſ. in c. homicid. de pen. diſtin. 1. Marcus Mant. cōſil. 41. num. 10. et cōſil. 43. num. 33.

Lubrica res eſt, dominandi poteſtas.

c Bald. ualde notab. cōſ. ſuo 453. part. 1. uerſ. dicitur aūt poteſtas. & facit l. quas gratias. C. de of. præf. præt. et l. meminerint. C. unde ui. et Bald. quoq; cōſil. 279. part. 3. ſtatim ab initio.

d Pulchrè Mat. de Afflict. in c. Obert. de ort. in feud tit. ex quib. cauſ. feud. amitt.

part. 1. Archid. quæ Senecæ ſententiam refert, in c. ut quis. extr. de elect. lib. 6. Vdalricus Zaſ. pulchrè conſil. 193. part. 2. & Bald. conſil. 453. part. 3. Marcus Mantua. conſil. 43. Nicol. Boe. in ſuo tract. de autor. mag. conſil.

memnon Neſtorem, Telemachus Menelaum, Hector Poly-
damanta, Hiero Syracuſanus Simonidem Chium, Polycrates
Anacreontem, Proxenus Xenophontem, Antigonus Zeno-
nem, Alexander Ariſtotelem, Lucullus Antiochum Aſcaloni
tam, & alij magni atq; principes uiri, etiam Imperator Iuſtinia
nus Tribonianum, Theophilum item, & Dorotheum, auto-
rem ſibi in Republica omni laudis genere, ac præſtantiſsima-
rum rerum gloria amplificanda & regenda adiunxit.[a] Neque 8
enim quiſquam cæteris recte & liberaliter imperare poteſt,
qui non antè didicerit recte imperanti obtemperare.[b] neque 9
placidè obtemperare poteſt, qui non communi uirtutis uo-
luntate, atque inductione naturæ illectus, in Principis ſui iu-
ſtum imperium commoueatur. Ac proinde qui ſibi imperij,
urbiumq; gubernacula ſumit, qui cæteris iuſtè ac rectè impe-
rare expetit, prius ipſe ſuis affectionibus, animorumq; per- 10
cuſsionibus imperet: rationi, legi, æquitati pareat: nihil ſibi ſu
mat, quod non idem cum optimarũ uirtutum ſplendore, cum
dignitate publica, cum laudis ac gloriæ æternitate ſit coniun-
ctum. Nam ita adfert natura, quæ libertatis ſemina in homi-
num animos inſeuit, & omnis ſeruitutis inſolens impatiensq;
eſt, ut qui in alios ſibi imperiũ ſumit, ei, ſi qua ipſe in re ab offi-
cij religione declinet, mens humana nec facilè obtẽperet, nec
peccanti ignoſcat: propterea quòd proprium ſit Principis, ra- 11
tioni obtemperare, omnesq; animi affectiones domitas habe-
re.[c] Et omnes qui communi naturæ ſenſu ducimur, non alia
re perinde, atq; eius qui imperat uirtute, innocentia, ac conti-
nentia ad parendum impellimur.

Quo autem reuerentiæ affectu, & obſeruantia perpetua 12
ſubditi ciues, in ſuum Principẽ ac magiſtratũ affici debeant,
bene ac magnificè de illius autoritate atq; functione prędican
do, eius pręceptiones aliquot in libris de Vſurpatione legum,
&c. tradidimus. Et quando, Auguſtino referente,[d] generale 15
pactum eſt humanę ſocietatis, ut ſubditi ſuis regibus atq; prin
cipibus obtemperare uelint: etiam Apoſtoli Dei paſsim tra-
dant, ut non ſolùm obedire uelimus principibus noſtris, atq;
magiſtratibus:[e] ſed Cicero homo ethnicus ad ſubditorũ offi-
cium & obſeruantiam pertinere ſcribat,[f] ut ſuos magiſtratus 14
obſeruent, colant, diligant: nolui in hac parte diutius hærere.

a in procem. inſtit. §. cũq; hoc. et in procem. ff. §. diſcipuli uerò.
b Archid. Senecæ ſententiam ſecutus, in d. c. ut quis. de elect. lib. 6. & Matth. de Affliẽt in loco prænot. & Zaſ. qui in hanc rem pulchras præceptiones tradit conſil. ſuo 193. part. 2.
c l. meminerint. C. unde ui. Bald. in l. 2. C. de commun. rer. alien. allegans notabilem l. penult. ff. de hæred. inſtit. Ioan. Andr. in c. cum ueniſſent. de iudic. c. nouit. de elect. idem Bald. conſil. 453 poſt princ. part. 3. ſecutus Aut. de monach. & alibi cõſil. 16. part. 2. Vdal. Zaſ pulchrè conſil. 193. num 10. part. 2. et Matt. de Affl. in c. Obertus de Ort. tit. ex quib. cauſ feud. amit. num. 56. fol. 6. part. 3.
d extat, diſtin. 8. c. quæ cõt. mo.
e Paul. ad Tit. 3. & 1. Pet. 2.
f in lib. 3. de leg.

PRINCIPIS INTENTIONEM EIVSMODI PRAEſumi, qualis eſt lex & ratio naturalis. Cap. IX.

1 *Princeps talem ſe paßim gerere ac præſtare debet, quales ſunt leges, quibus præſidet.*

2 *Leges cuncta quæ fiunt, æquitate definiunt.*

3 Prin-

3 *Principis intentio omnis eiuſmodi eſſe præſumitur, ut conſeruata iuris æqualitate, iniuriam nemini inferre uelle uideatur.*
4 *Lex quid ſit.*
5 *Legis uis omnis quò referatur.*
6 *Ratio naturalis quid ſit.*
7 *Rationis perfectio, uirtus eſt.*
8 *Naturalis ratio, legis ipſius anima atq; uigor eſt: quo ceſſante, ceſſat & ipſa legis diſpoſitio.*
9 *Quæ in homine eſt animæ & corporis cognatio quædam, eadem eſt & legis & rationis.*
10 *Vbi eadem ratio, ibi quoq; ius idem.*
11 *Nulla æquior humaniorq; legum interpretatio, quàm ratio naturalis.*
12 *Sicut ratio uera lex atq; princeps apta eſt ad iubendum atque uetandum: ita in Principe præſumptio eſt, nihil illum conſtituere uelle, quod non idem probabile iuſtumq; ſit.*
13 *Principis intentio conformis eſt & ſcriptæ legi, & rationi naturali.*
14 *Princeps eſt animal politicum, à ratione non alienum.*
15 *Princeps legi, quam tulit, parêre debet.*
16 *Ratio naturalis proximè ad iuſtitiæ maieſtatem accedit.*
17 *Qui urbium gubernacula tractat, eius proprium eſt ſeruare leges.*
18 *Item omnibus in rebus ac cauſis retinere æquitatem.*
19 *Principis eſt, animo recordari & meminiſſe, non hominis ſe, ſed Dei perſonam gerere.*
20 *Principis intentio à lege & ratione naturali aliena eſſe non debet.*
21 *Principis uoluntas pro ratione habetur.*
22 *Non quod libet, idem Principi licet.*
23 *Magnopere cauendum Principi, ne quid impotenter agat, aut committat, ut unde iura conſtituuntur, hinc iniuriæ exoriantur.*
24 *Princeps in maiorum inſtitutis atq; legibus ſanctiſſimus, atq; iuris religioſiſſimus appellatur.*
25 *Pulchra præceptio de Principis actionibus.*
26 *Principis intentio legibus atque æquitati, etiam naturali rationi conformis eſſe præſumitur.*
27 *Principis reſcriptum interpretationem ſumere debet ex ipſius mente.*
28 *Principis reſcripta potius impropriè accipienda erunt, quàm ut eorum contextus præiudicium alteri adferre debeat.*
29 *Principis reſcriptum in dubio præſumitur cum cauſa conceſſum.*
30 *Principis uoluntas perpetuò præſumitur optimarum legum rationi atq; æquitati conformis.*

SICVT boni atqꝫ ueri Principis eſt, in Reipublicæ gubernaculis, adeóqꝫ omni uita talem ſe profiteri ac præſtare, quales ſunt leges, qui bus præſidet,[a] quæ ſummam in omni re iuſti-
1 tiam æquitatemqꝫ complectuntur, quæ nec odio, nec gratię, nec ambitioni obnoxię ſunt, ſed iure atque æquitate omnia definiunt:[b] ita quoties de Prin-
2 cipis uoluntate aut diſpoſitione dubia quæſtio mouetur, pręſumptio magna eſt, talem eſſe ac fuiſſe Principis intentionem

a §. penult. in Aut. de cõſulib. l. 1. de cõſt. prin. Hoſtien. et Mod. in c. uenerabilẽ. extr. de elect. & in Aut. de conſt. §. ult. collat. 4. Bald. in l. cũctos pop. C. de ſum. trinitat. & fid. cathol. Ioan. Andr. & Philipp. Franc. in c. apoſtolic. §. ult. de re iudic. lib. 6. *b l. 1. & 2. ff. de legib.*

ac uoluntatem, qualis eſt legis ſcriptæ, & naturalis rationis: ut
conſeruata uidelicet æqualitate, nemini iniuriam temerè infe-
rat.[a] Eſt autē lex ſcripta, ex definitione Chryſippi,[b] regula iu- 3
ſtorum & iniuſtorum, etiam eorum quæ natura ciuilia ſunt,
præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix autem non fa-
ciendorum.[c] Cuius uis omnis eò conuertitur, ut humana, eáq; 4
profuſa peccandi libido conſtringatur, propoſito in nocentes
ac facinoroſos ſupplicio, & retineatur tranquillitas publica,[d] 5
quæ nec turbari debet, nec temerè labefactari ius publicū uel
priuatum. Naturalis uerò ratio, motus quidem animi eſt, defi
nitore Auguſtino,[e] uera à falſis diſtinguens, quo præcipuè im 6
pellimur ac excitamur, ut & Deum diligamus, & uirtutē per-
petua animi inductione amplectamur: quæ ipſa, ſi temeritate
careat, & hoc ipſum quod natura in hominum animis uoluit
molle, demiſſum, humile, & eneruatum eſſe, corrigat, & tan-
quam expoliat: progrediaturq; in eam perfectionem, quę om
nibus bonis magnoperè eſt expetenda: iam non ratio ſolùm,
ſed ut Cicero ait,[f] uirtus perfecta ſit, appellaturq; omnium do 7
mina & regina: quando, ut idem ait,[g] rationis perfectio eſt uir
tus. Eſt enim ratio ipſa naturalis, legis anima atque uigor: qua
ceſſante, ceſſat & ipſa legis diſpoſitio.[h] Et quę in homine eſt a- 8
nimę & corporis cognatio, eadem quoque eſt rationis & le-
gis:[i] adeò ut ubi ratio eadem ſit, ibi quoq; ius idem habeatur. 9
[k] Neque ulla uel melior, uel æquior humaniorq; ſit legum in- 10
terpretatio, quàm ratio naturalis.[l] Ac proinde ſicut ratio re- 11
cta, ut Cicero ait,[m] uera lex, atque princeps, apta eſt ad iuben-
dum, & ad uetandum: ita in Principe pręſumptio eſt, nihil il-
lum conſtituere uelle, quod non idem probabile iuſtum'q; ſit,
& cum lege atque ratione naturali conformari poſsit.[n] & per 12
conſequens, eam eſſe Principis intentionem & uoluntatem,
quę & ſcriptę legis eſt, & rationis naturalis, quę ſuum cuique
ius, ſine iuſta cuiuſquam offenſione tribuit.[o] Cuius quidem 13
ſententię ratio hęc adferri poterit, quòd Princeps animi pru-
dentia & ratione regatur: hoc eſt, ut iuris interpretes dicunt,
animal ſit politicum, à ratione non alienum.[p] ideóque etiam, 14
quam alijs innocentię, uitę ac morum legem indicit, ei parêre
ipſe:[q] talémque in omni actione, ſiue diſpoſitione ſe gerere ac 15
pręſtare uelit, qualis eſt uel lex ſcripta, uel ratio naturalis, quę
proximè ad uirtutem, iuſtitięq; maieſtatē accedit.[r] Cum enim 16
eius,

a Bald. not. tit. apud quem uel quos controuer. inueſtit. termin. deb. c. 1. col. 2. et idē in l. ex facto. ff. de uulg. et pu pil. ſubſtit. & in c. licet. extr. de offic. iudic. ord.
b in d. l. 2. ff. de legib.
c l. leges. l. 2. C. e. t.
d diſt. 4. cap. 1. & c. factæ ſunt. et c. erit autē lex. diſtinct. 4. et 15. quæſt. 5. c. inter cætera.
e in lib. de Spiritu & anima.
f in lib. Offic.
g in lib. 4. de Finib. bon. et mal.
h l. adigere. §. quamuis. de iure patron.
i l. cū pater. §. dulciſsimis. de legat. 2. l. cum mulier. ff. ſolut. matrim. Bald. in l. maximū uit. C. de liber. præt. et l. ſcire oportet. de excuſat. tut. DD. in l. non dubiū. C. de legib.
k l. illud. ff ad l. Aquil. l. à Tit. de uerbor. oblig.
l Bald. in c. unic. §. ult. C. de caduc tollen.
m in lib. 4. de Finib. bon. et mal.
n Bald. & de illius ſentētia Iaſ. in l. quod principi placuit. ff. de conſtit. princip.
o Bald. et Mat. de Afflict. in c. qualiter. tit. de inueſt. de re al. fac.
p Bald. in l. ſi aquam. col. 10. C. de ſeruit. et aqu. et probatur in c. 1. de probat.
q c. 1. de alien. feu. & Mat. de Affl. in c. eſt autē optima. §. donat. tit. qualiter pot. olim feu. alien. num. 22. fol. 32.
r Bald. in d. l. ex fact. ff. de uulg. & pupil. ſubſtit. & quæ notantur in l. tale pactum. §. ult. ff. de pact. eſtq; argum. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad ſenatuſ. Trebel. & in l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. & in l. meminerint. C. unde ui. Bald. pulchrè in c. 1. §. ſi contentio. ad fin. tit. apud quem uel quos controuer. fer. deb. & in d. l. ex facto. & l. nec auus. C. de emancip. liberor.

eius qui Reipublicæ bene ac ſanctè gerendæ præponitur, qui
urbium gubernacula tractat, qui legibus ciuitates fundat, ac
prudentia, animiq́ magnitudine regit, proprium ſit munus,
17 ſeruare leges,[a] tenere omnibus in cauſis ac rebus æquitatis ra-
18 tionem:[b] ubique animo recordari & meminiſſe, non hominis
19 ſe, ſed Dei perſonam gerere:[c] non oportet eius intentionem
ac uoluntatem uel à lege, uel à naturali ratione eſſe neglectam,
20 prorſusq́ alienam,[d] etiamſi plerunq́ ſemper Principis uolun-
21 tas pro ratione habeatur:[e] ſic tamen, ut cauſa aliqua probabi-
lis fingi, neq́ Principi, quod libido uel ambitio poſcit, ſtatim
22 etiam licere queat.[f] alioquin enim, ſi Princeps non eam in ad-
miniſtranda Republica, regendiſq́ ciuitatibus adferre uelit
recti atque conſtantis animi, mentis ac rationis integritatem,
cum ſumma uitæ innocentia coniunctam, quam Reipublicæ
gubernacula, etiam uariç communium temporum conuerſio
nes maximã requirunt: ſed potius deprauata animi inductio-
ne, ac quadam affectionum percuſsione à legibus & ratione
naturali in rerum deprauationem inclinare: facilè eueniret, ut
unde iura, optimæq́ leges ad conſtituendam & retinendam
Reipublicæ tranquillitatem conſtitui debeant, inde maximæ
grauiſsimæq́ iniuriæ naſcerentur: quod omnino à Principis
intentione, ratione, ac uoluntate ſemper habitum eſt alienum
23 fuiſſe.[g] Inſidere itaq́ hæc conſtans perpetuaq́ ratio Principis
animo debet, ut quoniam in ea, cui præſidet, Republica, non
hominis, ſed Dei perſonam gerat, etiam pleriſq́ in legibus, ac
maiorum inſtitutis ſanctiſsimus, ac iuris religioſiſsimus appel
24 letur:[h] nihil ut agat, uel cõſtituat, quod non idem uel legibus,
uel ratione naturali comprobari cunctis poſsit. Huc ſpectet,
in eoq́ omnem mentis cogitationem defigat, ut inductionem
25 animi, uoluntatemq́ ad optimarum legum pręſtantiam ratio
nemq́ conformet. Nam hinc communes illi ſiue loci, ſiue prę-
ceptiones in legum commentarijs paſsim proponuntur, nem
pe Principis intentionem legibus atq́ æquitati, naturaliq́ ra-
26 tioni conformem eſſe pręſumi, ut dictum eſt.[i] Item Principis
reſcriptum, interpretationem ſignificationemq́ ſumere opor
27 tere ex ipſius mente atque intentione.[k] Principis quoque re-
ſcripta ea moderatione, & ſententiæ humanitate accipienda
eſſe, ne cui iniuriam inferant:[l] adeò ut reſcriptorum uerba po
tius impropriè ſint accipienda, quàm ut eorum contextus in

a l. digna uox. C. de legib. et cõſtitut. et quæ ibi notantur.
b l. placuit. & quæ ibi notãtur. C. de iudic.
c in prin. Aut. tit. de barr. et fal. Bald. & Matth. de Affl. in c. inueſtit. et de noua form. fidel. And. de Iſern. in tit. quæ ſint regal.
d Bald. præter reliquos locos ſu prà annotatos. in repet. l. 2. C. de ſeruit. Frãciſchinus Curt. conſil. 170. num. 23. & 42. fo. 109. et 110.
e Bald. in l. impetrata. C. ſentẽtiam reſcin. non poſſ. Spec. in tit. de leg. §. nunc oſtend. uerſ. 89. Matt. de Affl. in c. qui à principe. tit. quis dicatur dux. num. 3. fol. 37. Iaſ. in l. 1. ff. de conſtit. princ. et in §. ſed quod princip. plac. inſtit. de iure nat.
f Imol. poſt d. Ant. in c. nam cõcupiſc. ext. de cõſtit. Franc. Curt. iun. conſil. 170. num. 23.
g text. in l. meminerint. C. unde ui.
h in l. reſcript. C. de precib. imperat. offerẽ. ibi Pet. et Cynus pulchrè. Raph. Ful. cõſ. 143. poſt medium, quod incipit, Anton. de læſæ maieſt. crim. condemnatus.

C 2 alterius

i Bald. in d. c. 1. coll. 2. & d. l. ex facto. pulchrè Philip. Dec. conſ. 11. num. 1. fol. 10. part. 1. k Innocent. in c. cum eccleſ. extr. de except. Bald. in l. præſcription. col. penult. C. ſi contra ius uel util. publ. & in l. 1. C. de conſtitut. princip. l Bald. in d. l. ex fact. & idem in l. nec auus. C. de emancipat. liberor. fac. tex. in c. ſuper eo. extr. de offic. iudic. delegat. & l. 2. §. ſi quis à principe. & §. merito. ff. ne quid in loc. publ.

alterius præiudicium accipi debeat.[a] Extat in hanc rem pul- 28
chrum in primis conſilium Alexand. de Imola,[b] Philippi De-
cij part. 1. conſ. 64. num. 7. fol. 51. & part. 1. conſil. 33. num. 5. fol.
27. apud Pet. Phi. Cornæi conſil. 11. num. 33. fol. 96. uolum. 2.
& conſil. 227. num. 12. fol. 230. uolum. 2. Item Principis reſcri- 29
ptum in dubio præſumi cum cauſa conceſſum eſſe: idem Cor-
næus conſil. 312. num. 6. fol. 242. uolum. 1. Non eſt neceſſe, quæ
in hanc ſententiã dici poſsint, adferre omnia: & multis ſanisq́
rationibus alicubi comprobat Marcus Mantua,[b] eam eſſe uo- 30
luntatem optimi rectiq́ Principis, quæ & optimarum legum
æquitati cõformis, & ſine cuiuſq́ iniuria æquabilis eſſe uidet.

a Compoſtell. quem alij DD. ſequuntur in c. cauſam quæ. ext. de reſcript. Dominic. in c. ſi poſtquam. col. ult. de præbend. lib. 6.
b fol. 58. conſil. 52. num. 30. & fol. 119. cõſ. 191. num. 94. et fol. 77. cõſ. 121. num. 5. & num. 6.

PRINCIPI OBTEMPERANDVM IN IIS, QVAE cum Dei lege non pugnant. Cap. X.

1 *Principi obedientiam cum ſumma reuerentia coniunctam deberi.*
2 *Principis edicta atq; conſilia ex Dei uoluntate propendere uidentur.*
3 *Princeps eſt lex animata in terris.*
4 *Principi eatenus parendum, quatenus nihil contra Dei præceptum iubeat.*
5 *Obedire perpetuò magis oportet Deo, quàm hominibus.*
6 *Princeps, ſi non pareatur, carcerem, Deus uerò gehennam comminatur.*
7 *Principis præcepto cum lege diuina pugnanti, non ſemper malum eſt non parère.*
8 *Mattathiæ & Eleazari exemplum in detrectandis ijs, quæ impiè edicta fuerant.*
9 *Machabæorum ſimile exemplum.*
10 *Auguſtini pulchra ſententia, quatenus Principi parendum.*
11 *Semper ſpectandum, quod maior aliquis magiſtratus iubet.*
12 *Ciues quodam humanæ ſocietatis pacto aſtringuntur, ut ſuis principibus atq; magiſtratibus parère uelint.*
13 *Conſtitutiones hominum diuinis legibus poſtponendæ.*
14 *Pontifici, ſi quid fortè mandet aut edicat, quod nec honeſtum, nec licitum ſit, parendum non erit.*
15 *Principi impia iubenti obtemperandum non erit.*
16 *Princeps etſi legibus ſolutus ſit, rationis tamen dictamine conſtringitur.*
17 *Quæ à Principe cõſtituuntur, ea præſumũtur maiore aliqua de cauſa cõſtituta eſſe.*
18 *In Principis conſtitutione etſi cauſa non appareat, ea tamen præſumi debet.*
19 *Quæ Principum edicta ad Reipublicæ perturbationem attinent, ijs parendum non erit.*
20 *Quatenus Princeps, quæ durius cõſtituta ſunt, uel limitare, uel interpretari poſſit.*
21 *Principis eiuſmodi ſiue limitatio, ſiue interpretatio conſtitutionis uim retinet.*
22 *Certus modus imperandi & parendi præſcriptus.*
23 *Principi atq; magiſtratui non ſolùm parendum, ſed is quoq; colendus erit.*
24 *Pro Principis incolumitate Deus rogandus.*

ETSI Principi omnis obedientia cum ſumma 1
reuerentia coniuncta, uel ideo maximè debe
tur, quòd eam à nobis Dominus, & eius A-
poſtoli ſolicitè requirant,[a] uel quòd Princi- 2
pis edictum atque conſilium ex Dei uolunta
te propendere uideatur:[b] uel quòd lex ſit ani-
mata in terris, quæ ciuitates legibus fundat, & populum con- 3
ſilio,

a Exod. 22. Prouer. 16. Paul. ep. ad Rom. 13. & 1. ad Titũ 3. Luc. 20. Matth. 20. et 1. Pet. 2.
b Prouerb. 16. ibi, Labia regis ſunt à Deo. & Iob 36. ibi, Deus

4 filio, legibus, atque prudentia gubernat:[a] catenus tamen illi pa-
rendum erit, quatenus, quæ edicit, cum Dei præceptis non pu-
gnent: quoniam ut Apoſtolorū teſtimonijs, exemplo, & actis
declaratur, obedire perpetuò magis oportet Deo, quàm ho-
5 minibus,[b] propterea quòd Princeps, ſi quid fortè cōtra ipſius
iuſsionem atque edictum fiat, carcerem & ergaſtulum: Deus
6 uerò in eum, qui diuinam legem conuellit, gehennam commi-
7 natur.[c] Neque ſemper malum eſt, referente Auguſtino,[d] non
obedire Principis præcepto, cum is iubeat ea quæ Deo con-
traria ſunt: quibus ſanè parendis nemo ulla uel diuina, uel hu-
8 mana, uel naturali lege conſtringitur. Nam & Mattathias ma-
luit in teſtamento patrum uerſari, quàm impio Principis de-
9 creto parere.[e] Et Eleazarus, item mater & filij Machabæi ma-
luerunt ſe impij regis tyrannidi, atque horrendo ſupplicio de-
dere, quàm ulla ex parte à Dei lege ac præceptis, quæ ille uio-
lare, & in deprauatam peccandi nequitiam adducere conaba-
10 tur, temerè declinare.[f] Et quando Auguſtinus hanc ſenten-
tiam ualde pulchrè comprobat,[g] non ſum grauatus eius uer-
ba ſubijcere. Qui reſiſtit, inquit, poteſtati, Dei ordinationi re-
ſiſtit. Sed quid ſi iubeatur, quod facere non debeas? Hic ſanè
contemne poteſtatem, ipſos humanarum legum gradus ad-
uerte. Si aliquid iuſſerit curator, faciendum eſt: tamen ſi con-
trà proconſul iubeat, non utique contemnis poteſtatem, ſed
eligis maiori ſeruire. nec huic debet minor iraſci, ſi maior præ-
latus eſt. Rurſus ſi ipſe cōſul aliquid iubeat, & aliud iubeat Im-
perator: uel ſi aliud iubeat Imperator, & aliud Deus, quid iu-
dicas? Da ueniam ô Imperator, tu carcerem, ille gehennam mi-
natur, &c. Quemadmodum igitur in omnibus cauſis, rebus,
11 atque negocijs magis ſpectandum & ſequendū, quod maior,
quàm quod minor aliquis magiſtratus edicit:[h] & ciuilis hæc
12 uita quodam tanquam humanæ ſocietatis pacto conſtringi-
tur, ut regibus, ſiue principibus, ſiue magiſtratibus ſuis ob-
temperet: ita conſtante ac perpetua obſequēdi uoluntate hæc
tenenda diſtinctio, ut in omnibus præceptis, humaniſque legi-
13 bus, ſiue edictis, ſi fortè pugnent cum Dei lege, parère magis
Deo uelimus, quàm hominum conſtitutionibus. Adfert in
hanc ſententiam non inuenuſtum exemplum Iuliani Impera-
toris Ambroſius,[i] & item pontifex Fabianus.[k] neque dubita-
14 tionem ullam habet, ſi ipſe Pontifex, cuius alioquin eminens
eſt poteſtas,[l] eiuſmodi quippiam faciendum edicat, quod nec
licitum, nec diuina lege receptū foret, quin eiuſmodi ſiue con-
c 3 ſtitutioni,

poteſtates non abijcit. et Prouer. 21. ibi, Cor regis in manu Dei eſt. et 19. ibi, Principis propoſita ad uoluntatē Dei ſuccedunt omnia, &c. et in Aut. de hered. et falcid. in prin. Bald. et Matt. de Affl. in c. inueſtit. tit. de nou. for. fidel. et in Aut. de inſtrumen. fid. et caut. in princ. Bald. in l. imperial. §. ul. tit. de prob. feu. alien per Fred.

a Hoſtië. et Modern. in c. uenerabilē. de elect. & in Aut. de cōſtit. §. ult. coll. 4. Bald. in l. cūctos pop. C. de ſumm. Trin. et fid. cat. Ioan. And. et Philip. Franc. in c. apoſtol. §. ult. de re iudic. lib. 6.

b Act. 4. & 6.

c De ſententia Auguſtini 11. quæſt. 4. c. non ſemper. et 11. quæ. 3. c. ita corporis. §. qui reſiſtit.

d extat in d. 11. quæſt. 4. c. non ſemper.

e lib. 1. Machabæor. cap. 2.

f lib. 2. Machabæor. cap. 6.

g recenſetur 2. d. 11. quæſt. 3. c. ita corporis. §. qui reſiſtit.

h Alexan. Ful. et Iaſon in l. ſi is qui tēporali. §. ſi minor. ff. de inreiuran. l. Labeo ait. §. ult. l. nec magiſtrat. ff. de recept. arbit. Auguſt. lib. 7. Conf. & d. ſtinct. 8. c. quæ contrà.

i Habetur 11. quæſt. 3. c. Iulianus.

k 11. quæſt. 3. c. qui omnipotentem.

l gloſſ. in c. ſicut. extr. de exceſſ. prælator. ubi aliquot uerſibus Papæ poteſtatem complectitur.

ſtitutioni, ſiue mandato parendũ non ſit.[a] quod ipſum quoq;
in Principe procedit: qui ſi quippiam mandet, quod à bonis 15
moribus, diuina & humana lege ſit alienum, eius non ſolùm
nulla eſt neceſſaria obedientia, uerùm etiam Princeps non ui-
detur dignus, qui in optimorum Principum numero habea-
tur.[b] Quamuis itaq; in Principe, qui legibus quidem ſolutus, 16
ſed rationis tamen dictamine, ac naturali quadam iuſtitia con
ſtrictus tenetur, præſumptio magna eſt, quæ illius maieſtate 17
uel edicta, uel conſtituta, uel facta ſunt, ea omnia legitima de
cauſa, & maiore quadam ratione conſtituta eſſe,[c] etiamſi cau- 18
ſa nec expreſſa ſit, nec appareat: tamẽ ſi quid mandet, quod ad
publicam aliquam deformitatem, uel tranquillitatis Chriſtia-
næ perturbationem offenſionemq; pertinet, ei ſanè obtempe- 19
randum omnino non erit,[d] iſq; non aliter, atque ſi nulla cum
cauſæ cognitione, ſed animorum percuſsionibus, atq; ira con
citus mandet, ut iudex aliquem patibulo ſtatim affigere de-
beat. Cuius rei exemplum de ſeditione apud Theſſalonicam
exorta, in primis pulchrum aliubi narratur.[e] Aliter atq; ſi iu-
ſta de cauſa motus, quæ uel durius, uel inclementius ſunt præ- 20
cepta, & humaniorem interpretationẽ habere poſſunt, ea uel
limitet, uel interpretetur. Cuiuſmodi eſt, lex diuina Chriſtia-
no homini omnem priuatam uindictam, cædem, atq; homici-
dium planè adimit: ſed ciuilis legis ſiue interpretatione, ſiue
conſtitutione quibuſdam in caſibus, & noſtri nobis uindicta,
[f] & uim ui repellere, etiam cædem atq; ſanguinem à noſtris cor
poribus arcere permittitur.[g] quod ipſum & in conſuetudine
conceditur.[h] Habentq; eiuſmodi Principum ſiue interpreta- 21
tiones, ſiue limitationes eam uim & poteſtatem, quam & reli-
quæ conſtitutiones, adeò ut etiam cõſcientiam conſtringant.
[i] Ergo ex his, quæ breuiter diximus, apparet, & optimo cuiq; 22
Principi imperandi, & ciuibus obſequendi modum eſſe præ-
ſcriptũ: ut uidelicet ij qui Reipublicæ præſident, aut urbium
gubernacula tenent, rectè atq; legitimè imperare, ſubditi uerò
modeſtè parêre ſciant. neq; ſolùm pareant bene, iuſtè, ac legiti
mè imperanti Principi, uel magiſtratui: ſed etiam eum colant, 23
diligant, uenerentur. quando Apoſtolus[k] hanc obſeruantiam
à nobis requirit, ut quorum autoritate tranquillitas publica
retinetur, pro ijs tanquam regibus, & omnibus qui in 24
ſublimitate conſtituti ſunt, ſupplices Deum
quoque exorare uelimus.

a 11. quæſt. 3. c. qui reſiſtit. & c. ſi dominus. Innocent. in c. inquiſitionis. ext. de ſentent. excõmun. et in c. propoſuit. extr. de conceſſ. præben. Abbas in c. cum ad monaſterium. extr. de ſtat. monach. Felyn. in c. ſi quando. extr. de reſcript. & d. c. inquiſitionis. Hoſtienſ. & Ioan. And. in c. propoſuit. de conceſſ. præben. Flor. in l. ſed et loci. §. ff. finium regund.

b 23. quæſt. 2. c. admonere. & 2. quæſt. 7. c. non omnis. Matt. de Afflict. in c. imperialẽ. num. 5. & 6. tit. de prohib. feud. alien. per Loth. Imp.

c Felyn. mult. in c. 1. extr. de cõſtitut. Cyn. in l. reſcript. C. de precib. imperat. offerẽd. & Cyn. in c. quæ in eccleſiarum. extr. de conſtitut.

d Felyn. in d. c. quæ in eccleſiarum. de cõſtitut. uerſ. limita quarto. num. 64.

e in c. cũ apud Theſſalonicam. 11. quæſt. 3.

f l. unic. C. quãdo unicuique ſe uind. &c.

g l. ut uim atq; iniuriã. ff. de iuſtit. & iur. to. tit. ff. de ſiccar. gloſſ. ult. in l. 1. ff. de conſtitut. princip.

h Abbas in c. ult. extr. de conſuetud.

i Felyn. in c. 1. fallentia 6. & c. quæ in eccleſiarum. extr. de conſtitutionib.

k Paulus ad Tit. cap. 3.

PRINCIPIS ESSE, NON SOLVM CIVILIS VItæ coniunctionem ſocietatemq́ benignè amplecti, uerùm etiam religionis ueræ propugnationem ſuſcipere. Cap. XI.

1 *Religio uera quid ſit.*
2 *Omnes ea conditione naſcimur, ut Deum agnoſcamus generati.*
3 *Atq; ut Deum integra mente ueneremur.*
4 *Ad ſalutem noſtram pertinet, confiteri ore Dominum Ieſum Chriſtum, eiq; certò fidere.*
5 *Principis eſſe, religionem ueram propagare atq; propugnare.*
6 *Religio iuſtitiæ caput eſt.*
7 *Honeſtas publica præcipuè retinetur religione uera.*
8 *Verus Dei cultus ex uera religione dependet.*
9 *Tanto quiſq; propius ad Dei cognitionem accedit, quanto magis religionem ueram complectitur.*
10 *Inſtitutum maiorum de Deo colendo.*
11 *Sapientis eſt, & maiorum inſtituta tueri, & falſas ceremonias eijcere.*
12 *Quæ optimi Principis functiones ſint, de ſententia Auguſtini.*
13 *Chriſtiani Imperatores qui dicantur, & eorum officia qualia eſſe debeant.*
14 *Pro retinenda uera religione fortis propugnatio, etiam uitæ dimicatio Principi ſuſcipienda.*

RELIGIO uera cum nihil aliud ſit, quàm cul-
tus diuinus, quo Deo pro noſtra in illũ ob-
1 ſeruantia perpetua religamur: [a] eaq́ condi-
tione omnes naſcamur, ut æternitatis ſpe ac
2 ſenſu cõmoti, Deum agnoſcamus generati, [b]
ci omni pietatis ſtudio ſeruiamus, eumq́ pu
3 ra, integra, incorrupta mente ac uoce ueneremur: [c] propterea
quod Apoſtolus ſcribat, [d] ad ſalutem noſtram pertinere, con-
4 fiteri uidelicet ore noſtro Dominum Ieſum, & corde noſtro
credere, quòd illum Deus excitauerit à mortuis: pertinebit ad
Principis ſolicitudinem, ut religionem ueram, quæ cum natu-
5 ræ cognatione coniuncta eſt, propaget atq; propugnet. [e] Sola
enim hæc ſpes æternæ uitæ ac gloriæ homini proponitur, ut
abiecta mundi ac carnis ſpurciſsima nequitia, totum ſe dedat
agnitioni Dei, atque iuſtitiæ, cuius caput religio eſt, [f] ample-
6 ctendæ. [g] uel ut Iacobus Apoſtolus præcipit, [h] ut in colenda
munda & immaculata religione, innocentia uitæ, pietateq́,
ac commiſeratione in uiduas & pupillos, ſe tueatur aduerſus
7 mundi inſidias. Nec ulla re magis, quàm iuſto ueroq́ Dei cul-
tu, honeſtas tranquillitasq́ publica retinetur. [i] Nam & Pytha
goras uir doctiſsimus, tum demum omnia honeſtatis officia
ad dignitatem publicam referri, præcipuè uerò pietatem & re
8 ligionem in hominum animis uerſari dixit, cum illi rebus diui
nis operam darent. Et Thales, qui inter ſeptem ſapientiſſimus
philoſophus eſt habitus, iudicauit, humanas actiones in uera
officiorum

a Auguſtin. lib. 10. de Ciuit. Dei. & idem lib. de Quãtit. animæ. & lib. de Vera religione.
b Lactant. Firm. lib. 4. cap. 26. Diuin. inſtitut.
c Iacob. in epiſtol. cap. 1. Lactant. Fir. lib. 6. cap. 1. et 2. Paul. ad Roman. 10.
d Paul. ad Roman. in d. c. 10. et idem 1. Corin. 15. & Ioan. 2. cap. 4. & 5.
e Cic. lib. 2. de Diuinat. ad finẽ. to. tit. C. de ſacroſ. eccleſ. item de ſum. Trin.
f Lactd. Firm. lib. 5. Diuin. inſt. aduerſus gentes.
Pythagoræ inſigne dictũ.
g Idem lib. 4. cap. 26.
h in epiſt. cap. 1.
i Cic. 2. de Leg.
Thales iudicauit, hominũ innocen-

tiam maximè retineri cogitatione diuinæ uindictæ. officiorum religione,in colenda & amplectenda iuſtitia,pieta
te, maximarumq́ue rerum gloria, ac laude expetenda maximè
retineri,ſi in animum inducerent, nihil fieri, cuius non teſtem
ac uindicem habituri eſſent Deum: atq; unumquemq; tanto
propius accedere ad ueram Dei cognitionem, reuerentiam,
& cultum,quanto purius religionem ueram coleret,retracta-
a Tradit in hac rem pulchras quaſdam præceptiones Cicero lib.2.de Legib. ret, atq; tueretur. [a] Eſt enim hæc ſiue opinio, ſiue perſuaſio in 9
primis utilis cùm ad retinendam uitæ innocētiam, tum etiam
excitandum in hominum animis caſtum ſanctumq́ue Dei cul-
tum, qui cum uera pietate perpetuò eſt coniunctus. Valerius
b lib.1.tit.de religione. ſanè Maximus [b] tantum ſtudium non ſolùm ſeruandæ, uerùm
etiam amplificādæ religionis, maioribus noſtris fuiſſe ſcribit,
ut in Republica florentiſsima, ac omni laudis genere affluen-
te, decem Principum filij ſenatuſconſulto ſingulis Hetruriæ
populis præficerentur, qui propoſita diſciplina publica, om-
nia quæ ad optimum caſtiſsimumq́ue deorum cultum pertine- 10
c in lib.2.de Diuinat. rent, diligenter retractarent. Et Cicero ſapientis eſſe [c] ſcribit,
cùm maiorū inſtituta tueri ſacris ceremonijsq́ue retinēdis, tum 11
etiam falſę ſuperſtitionis ſtirpib.eijciendis. Ac proinde etiam
Auguſtinus, in deſcribēdis optimi ſiue Imperatoris,ſiue Prin
d in lib.5.de Ciuit.Dei,cap.24. cipis functionibus atq; officijs,refert, [d] eos demum ſiue Impe- 12
ratores, ſiue Principes fœlices dictos & habitos eſſe, non qui
diu imperarunt,aut quorum præpotentia hoſtium uis fracta,
& in ſeruitutem redacta ſit: aut qui rebus proſperè pręclareq́ue
geſtis,in quadam animi trāquillitate ſint mortui: ſed quorum
conſtante ac perpetua in patriam uirtute, uoluntate, atq; de-
uotione egregia cōſeruata ſit ciuium ſalus,& Reipublicæ tran
quillitas: quiúe uniuerſam ſuam uim ac poteſtatem ad uerum
iuſtumq́ue Dei cultum,eiusq́ue agnitionem,reuerentiam, atque
dilectionem conuerterunt,non ulla popularis glorię, non am
bitionis,non uindictæ ambitione,ſed æterni regni cupiditate
moti.Chriſtianos,inquit,Imperatores dicimus, ſi poteſtatem 13
ſuam ad Dei cultum amplificandum conuertunt: ſi Deum ti-
ment,diligūt,colunt: ſi amplius amant regnum illud, ubi non
timent habere cōſortes: ſi tardius uindicant, facilè ignoſcunt:
ſi eandem uindictam pro neceſsitate regendæ tuendæq́ue Rei-
publicæ, non pro ſaturādis inimicitiarum odijs exercent, &c.
Hæc autem omnia cum ita,ut dictum eſt,ſe habeant,cum ciui-
lis uitæ ſocietas,animorumq́ue coniunctio, etiam ſalus & digni
tas Reipublicæ præcipuè retineatur uero iuſtoq́ue religionis
cultu, pertinebit ad optimi Principis curam atque ſolicitudi-
nem,non ſolùm omni uirtute, pietate, ac induſtria ciuilem ſo-
cietatem

cietatem amplecti, uerùm etiam religionis ueræ fortem ac
conſtantem propugnationem ſuſcipere: in eaq; defendenda
14 ac retinenda nec ullam uitæ dimicationem, nec periculum for
midare. quando etiam iuſtè bellum ijs infertur, qui uel Chri
ſtianam tranquillitatem, ueræq; religionis maieſtatem impijs
ſeditionibus perturbant, uel conſpurcant hæreſeos depra
uatione.[a]

a Bart. in l. 1. C. de paganis. Innoc. in c. quod ſuper. in gloſ. in uerbo, pro defenſione. uerſ. poteſt etiã indicere bellũ. extr. de uot. Franciſ. Aret. in l. 1. de acquiren. poſſeſ. & Bart. in l. ex hoc iure. uerſ. quæro quæ ſint bella licita. ff. de iuſt. et iur. Alexan. in l. hoſtes. uerſic. hoc præmiſſo uideamus. ff. de capt.

IN REBVS PRAECLARE' GERENDIS PRAECIPUÈ RETINENDAM ESSE ANIMI MAGNITUDINEM ATQ; CONSTANTIAM. Cap. XII.

1 *Magna eſt eius Principis uirtus, qui in propugnanda Republica nec metu frangitur, nec debilitatur uitæ dimicatione.*
2 *Difficile eſſe, in magnis rerum tempeſtatibus Reipublicæ clauum tenere, eamq; ſaluam in portum collocare poſſe.*
3 *Ea eſt communium horum temporum deprauatio, ut qui Reipublicæ gubernacula tractat, neceſſe habeat non ſolùm moribus, uerùm etiam populi ſuſpicionibus ſeruire.*
4 *Qui in Republica gubernanda magnam laudem conſecuti ſint.*
5 *Reipublicæ gubernacula maximè retinentur animi magnitudine, & quadam imperij, ciuiliumq; functionum æqualitate.*
6 *Nihil præclarius, quàm præſtantiſſimorum hominum exemplo in gubernãda Republica nullo metu, ſpe, calamitate aut frangi, aut labefactari.*
7 *Ignaui & ſegnes Principes ſemper ſunt habiti, qui in rebus gerendis aut labori, aut periculo ceſſerunt.*
8 *Magnitudo animi omnibus fortibus conatibus ſuam adfert laudem.*
9 *Ab animi elatione & magnitudine abeſſe debet omnis temeritas.*
10 *In imperio ſemper adhibenda erit functionum æquabilitas.*
11 *Natura fit, ut quo quiſq; elatiore eſt animo, hoc facilius ad inſolentiam, nimiamq; imperandi cupiditatem impellatur.*
12 *Aegrè hanc animi magnitudinem, functionumq; æqualitatem retinet, qui ſic ſuis cupiditatibus indulget, ſolus ut regnare uelit.*
13 *Neglecta animi magnitudine, functionumq; æqualitate, nihil utilitate magnum, aut uſu iucundum eſſe poteſt.*
14 *Pro ſalute atq; incolumitate publica fortes labores ſuſcipiendi.*

MAGNA eſt, atque excellens eius hominis uirtus, cum laudis æternitate coniuncta, qui omnes ægras atque labentes Reipublicæ partes in ſuam tutelam atque fidem ſuſcipit: qui ita ocio publico proſpicit, ut nulla uitæ dimicatione à Reipublicæ ſalute defendenda amo-
1 ueatur.[a] Eſt enim in primis arduum & difficile, in magnis re-
rum tempeſtatibus, Reipublicæ clauum retinere, eumq; ſal-
2 uum atq; incolumem in portum collocare poſſe.[b] Et ea eſt mo
rum deprauatio, & quædam omnis diſciplinæ ueteris perturbatio, ut qui uniuerſam ingenij uim, cõmentationem, atq; doctrinę uſum ad reip. gubernacula refert, is neceſſe habeat non

a Extant pulchræ in hãc rem præceptiones in proœm. ff. & C. & tot. tit. de off. in c. ſuſcep. reg. ext. de elect. et c. fundamẽ. e. 1. lib. 6. & Clem. paſt. cur. ext. de ſent. & re iud. et l. ſeruus. cũ ibi annotatis. ff. de ſer. export. & paſſim.
b Iuſtinianus in præfatione lib. inſtitut. & quæ ibi notantur.

d ſolùm

ſolùm ciuium utilitatibus, uerùm etiam populi uel moribus, 3
uel ſuſpicionibus ſeruire.[a] Vt non iniuria magnam laudem tu
liſſe dicantur Bruti, Camilli, Decij, Curij, Auguſtus Cæſar, Se 4
ucrus Auguſtus, & innumerabiles alij, qui in Reipublicæ gu-
bernaculis ita ocio publico proſpexerunt, ut nec à dignitate
publica, nec à rebus præclarè gerẽdis unquam declinaucrint.
Sed hanc tamen uirtutem, Reipublicę uidelicet bene ac ſanctè
regẽdæ, adfert cùm ipſa illa animi magnitudo, tum etiam quę 5
dam imperij, ciuiliumq́ functionum æquabilitas.[b] Neq; enim
aliud uel præclarius, uel excellentius Principis eſt officium,
quàm ut præſtantiſsimorum hominum, ueluti Themiſtoclis,
Milciadis, Ariſtidis, M. Reguli, C. Marij, L. Opimij, M. Mar-
celli, & aliorum exemplo, quos nulla uitæ calamitas, quæ illis
illiberaliter & indigniſsimè inuſta eſt, nullum exiliũ, aut etiam
ſupplicium à ſalute & cura Reipublicæ dimouere atq; diuel-
lere poterat, in dignitate publica quærenda, nulla ſpe aut me-
tu labefactari, aut à ſuſcepta animi magnitudine declinare ue-
lit.[c] quando hi ſemper ſegnes, molles, & planè ignaui habiti 6
ſunt Principes, qui in propugnanda Reipublicæ incolumita-
te, labori atq; periculo ceſſerunt: aut non eam ad res gerendas 7
attulerunt animi magnitudinẽ, quæ omnibus fortibus & prę- 8
claris conatibus ſuam attulit laudem atq; dignitatẽ. Ad hanc
tamen animi ſiue elationem, ſiue magnitudinem, à qua abeſſe 9
debet omnis temeritas, & morum licentia, accommodanda
Principi erit quædam imperij, ciuiliumq́ functionum æqua- 10
bilitas, quæ efficit, ut omnes qui ſe in Principis poteſtatem de
dunt, eodem iure & æquitate, etiam iiſdem uitæ atq; functio-
num legibus retineantur.[d] Fit enim plerunq; ſemper ſiue natu 11
ræ uitio, ſiue morum deprauatione, ut quo quiſq; elatiore eſt
animo, hoc facilius ad inſolentiam, & nimiam imperandi cupi
ditatem impellatur. Et ægrè hanc animi magnitudinem, impe 12
randiq́ æqualitatem retinet, qui uel ſuis cupiditatibus indul-
get, uel aliorum offenſionibus ſe permittit: aut ſic ſuo iudicio
adſtipulatur, ſolus ut Princeps omnium eſſe & haberi uelit.
Quo etiam maior cura optimo cuiq; Principi adhibenda erit,
ut omnibus in rebus gerendis ſummam animi cùm magnitu-
dinem adferre, tum etiam officiorum æqualitatem retinere ue
lit: qua neglecta, nihil honeſtate prępſtans, uel utilitate magnũ,
uel uſu iucundum eſſe poteſt. Inſidere enim omnibus nobis,
qui uel gloriæ cupiditate trahimur: uel poſteritatis ſenſu com
mouemur, uel in laude atque dignitate publica uerſari cupi-
mus, hæc ſententia debet, ut pro ſalute atq; incolumitate pu- 13
blica

[a] Plato in lib. de Repub. Exempla eorum qui pro Reipublicæ ſalute fortem dimicationẽ ſuſceperunt.

[b] l. prouidendũ. C. de poſtuland. gloſſ. ſingularis in clem. 1. de teſtib. c. cum inter. extr. de except. c. nouit. extr. de iudic. argument. l. fi. cum dies. §. ſi arbiter. ff de recept. arbitr.

[c] d. c. ſuſcept. regim. extr. de electio. et c. fundamen. e. t. lib. 6. et quæ ibi notãtur. Pulchrè Matth. de Afflict. in tit. de pace tenẽd. et eius uolat.

[d] d. l. prouidendum. C. de poſtuland. & loci in hanc ferè rationem ſuprà ſunt notati.

14 blica fortes labores ſuſcipere, nullam uitæ dimicationẽ, etiam mortem oppetere uelimus: quando hac Reipublicæ cura abiecta atq; depoſita, bruta & barbara eſt omnis humanæ uitæ ſocietas.

VARIATIO ET INCONSTANTIA, SICVT IN omnibus reprehendenda, ita in Principe præſumenda non erit. Cap. XIII.

1 *In magnis & principibus uiris non ſemper laudata fuit in eadem uoluntate permanſio, ſed pro rerum perſonarumq; circunſtantijs pleraq; immutanda erunt.*
2 *Princeps quæ ſemel conſtituit, non debet temerè conuellere.*
3 *Variatio eorum quæ ſemel à Principe conſtituta ſunt, plena eſt & leuitatis, & uarietatis.*
4 *Principis mens & uoluntas eiuſmodi eſſe præſumitur, qualis eſſe debet, hoc eſt, legibus atq; æquitati conformis.*
5 *Principis grauitate atq; conſtantia indignum eſt, ab ijs quæ uel certa ratione conſtituta ſunt, uel ſemel placuerunt, temerè deflectere.*
6 *Rectus & ſapiens uir is dicitur, qui de naturæ ſuæ, animiq; magnitudine atq; conſtantia non facilè deijcitur.*
7 *Principis uoluntas omnis eò defixa uidetur, nihil ut facere uelle uideatur, quod non idem honeſta ratione probari poßit.*
8 *Quod à Principe imprudenter & temerè fit, id factum eſſe magis errore aut circumuentione aliena præſumendum erit, quàm ulla animi leuitate.*
9 *Princeps in ſua conſtitutione non præſumitur, iure alterius acquiſito detrahere uoluiſſe.*
10 *Princeps non præſumitur ullam gratiam facere uoluiſſe aliena cum iniuria.*
11 *In Principe tanquam iuſtitiæ fonte extare debet in rebus præclarè gerendis uoluntas perpetua.*
12 *Princeps omnes ſuas actiones, conſilia, atque conſtitutiones referre debet ad rectam perpetuamq; uoluntatis rationem, propterea quòd is quidem tanquam angularis lapis, atq; cœli polus habeatur.*
13 *Eandem eſſe debere Principis & calamum, & linguam.*
14 *Principis conſtitutio, cum clauſula, Motu proprio, perpetuò hanc moderationem retinet, nihil ut facere uelle uideatur cum læſione atq; iniuria alterius.*

QVANQVAM magnus ille regendæ ciuitatis princeps M. Tullius Cicero alicubi [a] ſcribat, non ſemper præſtantibus in Republica gubernanda uiris laudatam fuiſſe in eadem ſententia perpetuam manſionem: ſed cum magna communium temporum uis ſit, magna rerum uarietas, incerti cõſiliorum exitus, flexibiles hominum
1 animi, [b] idem ſemper ſpectari, ut ocium cum dignitate amplectamur, non tamen idem dicere oportere: in Principe tamen uiro, uehementer abſurdum, & planè uitioſum eſt, quæ ſemel uel conuenerunt, uel conſtituta ſunt, ea temerè conuellere, uel
2 immutare uelle.[c] Quoniam ſicut in conſilijs, & magnarum rerum cõſultationibus pleraque multa ſunt pro re ac cauſa, uel tempori, uel neceſſitati tribuenda, uel ex maiore quadam Rei-

a in lib. 1. Epiſt.
b text. in c. non debet. extr. de cõſang. et aff. Marcus Man. conſil. 27. num. 18. fol. 25. alleg. illud Poetæ, Nec ſemper uoto uiuitur uno.
c text. in l. prædia. C. de locat. præd. ciu. lib. 11. Bald. copioſe cõſil. 279. quod incipit, Prædic enim cõſului. coll. 10. lib. 3. Phil. Dec. cõſ. 287. part. 2. Andreas Sicul. conſil. 13. lib. 3.

publicæ utilitate immutanda: ita ſanè, quæ iam antè ſingulari animi prouiſione à Principe conſtituta ſunt, corũ uariatio plena leuitatis eſt, & temeritatis.[a] Necꝙ aliud eſt, quod magis de- 3
ceat optimum Principem, quàm ut in omni re gerenda, conſilioꝙ captando, præſertim in ijs negocijs, quæ ratione, conſenſu, atque uoluntate ſemel ſunt explicata, ſeruare uelit conſtantiam: propterea quòd omnis Principis uolũtas eiuſmodi præſumitur, qualis eſſe debet: nempe iuri, æquitati, legibus, atꝙ dignitati publicæ conformis.[b] Necꝙ aliud tam temerariũ, tamꝙ 4
indignum eſt Principis grauitate atꝙ conſtantia, quàm aut leuiter ab ijs quæ ſemel placuerunt, deflectere: aut temerè retractare, quæ conſtituta ſunt.[c] Siquidem natura nobis quædam 5
ſiue ſemina, ſiue appetitus honeſtatis inſeuit: quibus commouemur, ut ſtabili atꝙ perpetua uoluntatis permanſione cuncta, quæ cum ueræ uirtutis laude, ac rectè factorum gloria ſint coniuncta, amplecti, in ijsꝙ retinendis ſummam animi magnitudinem atque conſtantiam retinere uelimus. Et ipſe ille omnium magnarum excellentiumꝙ uirtutum ſplendor atꝙ pulchritudo, maximè in animi moderatione atque conſtantia eniteſcit: eaꝙ efficit, ut in rebus florentibus, ad noſtramꝙ uoluntatem affluentibus, dignitatem retineamus, neque frangamur rebus aſperis & aduerſis. Et is demum uerè rectus & ſapiens uir dicitur, qui nec facilè de naturæ ſuæ, animiꝙ magnitudine atque conſtantia deijcitur, nec à propoſita & conſtituta animi 6
uoluntate temerè deflectit.

Iuſtum, inquit Poeta, & tenacem propoſiti uirum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non uultus inſtantis tyranni,
Mente quatit ſolida, necꝙ Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna manus Iouis,
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Et quando Principis uoluntas, animi commentatio atque ſenſus, adeoꝙ actio omnis huc defixa atque locata uidetur, nihil ut facere aut conſtituere uelit, quod non idem honeſta ratione, & ſine cuiuſquam iniuria atque læſione factum eſſe, probari cunctis poſsit:[d] aut ſi contrà factum ſit, quàm uel conuentio- 7
nis fides, uel conſtantiæ ratio ſuſtinere poſsit, ut uniuerſum illud errore, aut obliuione, aut adhibita aliena circumuentione magis admiſſum eſſe præſumi debeat, quàm ut mutata uoluntas, aut

[a] Philip. Dec. prædicto conſil. 287. part. 2.

[b] Bald. in l. ex facto. ff. de uulg. & pupil. ſubſtit. text. et doct. in l. nec auus. C. de emancip. liberor. Marc. Man. conſil. 1. nu. 66. fol. 8. & cõſ. 130. nu. 28. fol. 85. et cõſ. 134. nu. 4. fo. 88.

[c] Ludouic. Roman. conſil. 298. quod incipit, Circa præmiſſa duobus conſultation. Bart. in l. ult. C. de locat. præd. ciuil. uel fiſc. Franciſch. Curt. cõſ. 174. nu. 20. fol. 114. part. 2.

Horatius lib. 3. Carmin.

[d] Bald. in d. l. ex facto. ff. de uulgar. & pup. ſubſtitut. præcipuè Marc. Mant. in cõſilijs paulo antè notatis. Bald. in l. 1. ff. de cõſt. princ. et Bald. in l. omnes. col. 2. C. de quadrié. præſcr.

8 tas,aut inconſtantia,quæ leuitatem ſibi comitem habet, argui
debeat:[a] quãdo omnes eius actiones præſumptione iuris hanc
æquabilem temperationem,naturalemq́ æquitatem præ ſe fe
runt,quòd nec iuri acquiſito,uarietate atq inconſtantia animi
9 quicquam derogare,[b] nec gratiam aut beneficium in alterius
10 læſionem atq præiudicium cõcedere uelit,[c] manebit in ea ſen-
tentia ſemper,nihil ut temerè,& inconſulta ratione facere,aut
quę prudenter & benignè ſunt conceſſa,leuiter immutare,aut
deniq ſe uarietati rerum ac conſiliorum dedere: ſed eam con-
ſtantis animi magnitudinem perpetuitatemq́ retinere uelit,
ut in omnibus ipſius conſilijs,actionibus, atq Reipublicæ gu
bernaculis,quæ quidem cum honeſtate atq dignitate publica
ſunt coniuncta, laudari conſtans ac perpetua uoluntatis per-
manſio poſsit. Nam ut Baldus ſcribit,[d] cum in omnibus qui
doctrinæ atque induſtriæ ſuæ uſum ad Rempublicam guber-
nandam conferunt, eſſe debeat quædam uoluntatis rectæ per
11 petuitas: tum uerò in Principe, tanquam iuſtitiæ fonte, præci
puè apparere oportet conſtantem uoluntatem. Vt quemad-
modum ipſa iuſtitia, definitore Vlpiano,[e] nihil aliud ſit,quàm
conſtans ac perpetua uoluntas, ius ſuum unicuique tribuens:
ita Princeps,qui iuſtitiæ præſidet,in omnibus ſuis actionibus
eſſe debet conſtans, immobilis, & tanquam lapis angularis,
12 uel ut Philipp.Decius ait,[f] polus in cœlo: propterea quòd di-
ctum illud nemini magis,quàm Principi conueniat,uidelicet,
Quæ de labijs meis egreſſa ſunt, non faciam irrita. Et Baldus
quoq ſcribit,[g] eandem eſſe oportere uoluntatem perpetuam
Principi in rebus bene ac præclarè gerendis, quæ & iuſtitiæ
eſt, quæ ſuum unicuiq cõſeruata uoluntate perpetua tribuit:
ac proinde eundem quoq eſſe debere & calamum & linguam
13 Principis,ut idem ait.[h] Atq hæc omnia cum ita,ut dictum eſt,
ſe habeant,cum ea ſit optimorum ciuium opinio,& certa quæ
dam de recti Principis grauitate atq conſtantia ſententia, ni-
hil ut facere uel conſtituere in uniuerſa Republica gubernan-
da, rebusq maximis gerendis præſumatur, quod non idem
cum ſalute Reipublicæ, cum dignitate publica, cum præſtan-
tiſsimarum rerum laude atque gloria ſit coniunctum: adeò ut
ea ipſa,quæ à Principe,cum clauſura,Motu proprio,mandan
tur, nihilominus perpetuam hanc ſignificationem, ſentẽtiæq
14 humanitatem retineant,ne cuiuſquam ius lædatur:[i] non com-
mittet Princeps, ut temerè de uoluntatis ſuæ ſententia, graui-
tate, atque conſtantia deflectat.

a Vide pulchrè Ludouic. Rom. cõſ.298. quod incipit, Circa præmiſſ. qui inter reliqua allegat text. in c. cum olim. ext. de re iudic. ite Paul. de Caſt. conſil.156. quod incipit, Viſo et examinato pũcto. col.3. Alexan. cõſ.3. cum inſtrũ eſt, Ex ijs quæ in themate narrantur lib.5. & Philip. Deciũ in hac ſententiã plura allegantẽ cõſ.287. num.6. fol.67. pagin.2. part.2. Bald. in d. cõſ.279. quod incipit, Pridie enim conſului.

b c. ſuper eo. ext. de offic. iud. delegat. cũ ſimilib. ibi in gloſ. notat. tex. in c. quãuis. ext. de reſcr. lib.6. & in c. ex tuarũ. ext. de autor. et uſu pal.

c d. l. nec auus. ibi quoque dd. C. de emancip. lib. Bald. in l.1. col. ult. ff. de conſtit. princ. et idẽ in l. omnes. col.2. C. de quadr. præſc.

d l. in prædicto. cõſ.279. cum inſtrũ eſt, Pridie enim cõſului. col.10. lib.1. per tex. in d. l. prædia. C. de locat. præd. ciuil. uel fiſci. C. lib.11.

e in l. iuſtit. ff. de iuſtit. & iur.

f d. conſil.287. num.7. fol.67. pag.2. part.2.

g in cõſ.279. et idem repetit Philip. Dec. conſil.689. num.19. fol.43. part.5.

h in prædicto conſil. & refert eandem ſententiam Franciſc. Curt. cõſil.170. num.43. fol.110. part.2.

i Bald. in c. ad audientiam, extr. de reſcript. Aut. in c. per uenerabilem. col.34. tit. qui fil. ſint legit. Abbas in c.1. col.13. extr. de iudic. Gemin. in c. ſi propter. col.9. extr. de reſcript. in 6.

CVM GENVS HVMANVVM PACIS TRANQVILlitatisq́; appetens maximè ſit, dabit operam Princeps, ut & ciues, & prouincias omnes placatas habere uelit. Cap. XIIII.

1 *Ciuilis uitæ coniunctionem atq; ſocietatem contineri pace publica.*
2 *Pacis nomen dulce eſt, & res ipſa ſalutaris.*
3 *Tranquillitate nihil firmius ad conſtituendam ſolidam uitæ iucunditatem.*
4 *Principis boni eſt, hoc ſpectare, hoc facere, quod cum pace publica eſt cōiunctum.*
5 *Dei filij uocantur, qui pacis ſunt amantes.*
6 *Apoſtolus monet, ut pacem & ſanctimoniam cum omnibus amplectamur.*
7 *Pulchra in primis eius Principis uirtus, cuius mens et cogitatio omnis in ſalutem ac pacem publicam eſt coniecta.*
8 *Caßiodorus pacis ac temperantiæ laudem in Principe requirit.*
9 *Veterum inſtitutis receptum eſt, ut quæcunq; pacis conſeruandæ cauſa uel fiunt, uel conſtituuntur, ea legitimè, & ex rationabili cauſa facta cenſeantur.*
10 *Exempla aliquot, ſiue communes loci eorum quæ pacis conſeruandæ ſtudio legitimè fieri dicuntur.*
11 *Vt pax conſeruetur, moderamen iure tenetur.*
12 *Retinendæ pacis cauſa liberū Principi eſt, eas iniurias remittere, quæ ipſius ſubditis indignißimè ſunt inuſtæ.*
13 *Magiſtratui minori permittitur, ut pro pace publica priuatorum hominum iniurias remittat.*
14 *Quatenus bello inuecta damna, illatæq; iniuriæ remitti, uel uindicari debeant.*
15 *Qui belli iniuſti & ſeditionis autor eſt, eum ſumptus omnes inferre & ſuſtinere oportet.*
16 *Eadem eſt iniquitas & turpitudo obſequentis impia & honeſta imperanti, quæ & præcipientis eſt.*
17 *In turpi promißione melior eſt conditio potentis.*
18 *Humanum genus pacis tranquillitatisq; amantißimum.*
19 *Diſcordia perniciosißima belua atq; peſtis.*
20 *Deus ſeuerißimè eos Principes punit, qui pace temerè depoſita, ſeditionem mouent, aut bellum inferunt.*
21 *Exempla eorum, qui propter motam ſeditionem miſerè ſunt extincti.*
22 *Paci publicæ ſeruiendum.*
23 *Reipublicæ intereſt, ſine metu unumquemq; publicis uijs uti, & commercia inuehere poſſe.*
24 *Dominus territorij de damnis illatis tenetur, qui non proſpexit, ut ſuæ prouinciæ itinera omnia tuta & ſacroſancta eſſent ab incurſu & impetu latronum.*

CVM ciuilis animorum conciliatio, atque uitæ ſocietas præcipuè retineatur pace publica,[a] cuius & nomen dulce eſt, & res ipſa, ut Cicero ait,[b] ſalutaris: neq; aliud uel firmius ſit ad conſtituendam ſolidam uitæ iucunditatem, uel illuſtrius ad omnem magnarū rerum laudem conſequendam, ipſa illa tranquillitate publica: erit boni et recti Principis, in omnibus rebus ac cauſis hoc ſpectare, hoc facere, hoc etiam ut fiat præcipere, quod cum pace ac ſalute publica eſt cōiunctum.[c] Nam & Dominus eos beatos, & Dei 1 2 3 4 5

filios

a Humanū genus pacis amantiſsimū eſſe, probatur in l. 1. & quæ ibi notātur, etc. de caduc. tollen. et c. fiendam. de elect. lib. 6. pulchrè tex. in c. 1. de pac. tenen. et ibi dd. et in epiſt. inter claras. C. de ſum. trin. Archid. de cōſecra. diſtinct. 2. c. pac. Cyprian. lib. de 12. gradib. abuſ. *b in Philippicis.* *c 23. quæſt. 1. c. paratus. & c. apud Luc. de Penna in l. 1. C. de metropolit. lib. 12. & quæ notantur in l. 1. C. de Irenarchis. lib. 11.*

filios uocat, qui pacis ſunt amantes.[a] Et Apoſtolus nos com-
6 monet,[b] ut pacem cum omnibus ac ſanctimoniam ſequamur,
ſine qua nemo uiſurus ſit Deum. Pulchra tamen, & in primis
illuſtris uirtus eſt eius Principis, cuius mens & cogitatio om-
7 nis in ſalutem populi, atq; pacem publicam eſt cōiecta: qui be-
neuolentia ac charitate ciuium animos in honeſta officiorum
religione, etiam obtemperādi uoluntate retinere malit, quàm
uindictæ ſeueritate, uel armis compeſcere inſolentes: qui de-
niq; in omnibus uitæ actionibus non priuatam offenſi animi
uindictam, non cædem atq; ſanguinem, non agrorum depo-
pulationem, urbiumq; deuaſtationes, ſed pacē dignitatemq;
publicam ſpectat, in eaq; adſequenda & retinenda nec laboris
8 difficultate deterreī, nec uitæ dimicatione labefactatur.[c] Hanc
enim pacis laudem atque temperationem in Principe requirit
Caſsiodorus,[d] ut paci atque ocio, etiam dignitati publicæ ſer-
uire, ſenatum populumq; in amica animorum conciliatione,
9 fide, atque charitate retinere uelit. Itaque & maiorum inſtitu-
tis, & admirabili pacis publicæ ſtudio atque fauore receptum
eſt, ut ad retinendam tranquillitatem publicam, quæ nocen-
tiſsimorum hominum audaci ac petulanti nequitia nonnun-
quam turbatur, etiam ea tanquam rectè & legitimè facta ad-
mittuntur, quæ alioquin iure ac legibus ſunt prohibita.[e] Iuſti-
10 tiæ eſt, nemini ſuum adimere: ſed conſeruata æqualitate, ſuum
cuique tribuere.[f] Propter maiorem tamen utilitatem publi-
cam, in qua & ciuium fortunæ ſunt poſitæ, permittitur, ut res
priuatorum hominum auferantur:[g] uel ut alicubi Baldus aſſe
rit,[h] quod prouehendæ pacis ac quietis ratione etiam contra
ius factum fuerit, id haberi tanquam bene atque legitimè fa-
ctum, ideo quòd paci ſemper & ubique ſit ſeruiendum.[i] Et no
tus eſt uulgaris hic uerſus,

11 *Vt pax ſeruetur, moderamen iure tenetur.*

Pactis & conuentionibus ſtandum eſt.[k] Si tamen ijs publica
pax & tranquillitas perturbetur, ſeruandæ non erunt, ne pri-
uatorum pacta utilitati publicæ derogent.[l] Adeò enim ma-
gnum & fauorabile ſemper fuit retinendæ ac conſeruandæ
pacis tranquillitatiſq; ſtudium, ut Principi etiam liberum at-
12 que licitum ſit, ea damna atque iniurias, quæ in communium
temporum conuerſione, aut hoſtili incurſu ipſius ſubditis ci-
uibus atque incolis illiberaliter & indignisſimè ſunt inuſtæ,
nihilominus comparandæ pacis atque concordiæ cauſa remit
tere.[m] Neque hoc ſolùm Principi, uerùm etiam minori magi-
ſtratui,

a apud Matth. cap. 5.
b Paulus ad Hebræos cap. 12.
c Prouer. cap. 12. Bald. in c. ul. col. 1. circa med. tit. de pace conſtā. allegās tex. in Lombar. l. de uindicta. de furt. l. 1. et ibi Luc. de Pen. C. de comitib. cōſiſtor. lib. 12. pulchrè Nic. Boe. in ſuo tract. de aut. mag. cōſ.
d in epiſt. 22.
e Angelus in l. uēditor. §. ſi conſtat. ad fin. ff. cōmun. præd. et in l. cōuentionū. ad fin. ff. de pact.
f l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iur.
g l. i. § ſi urbe ... retū. ff. de rei uēdic. l. Lucius. ff. de euict. & quæ Bald. tradit in tit. de pac. conſt. § hoc quoq; nos.
h in d. §. hoc quoq; nos.
i facit gloſſ. c. hoc quoq. 3. qu. 6. et c. quis enim. 23. queſt. 5. Bar. in l. quæcūq. C. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. l. æquiſsiomū. ff. de uſufru. c. ult. de trāſact. Lodo. Rom. in l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolut. matr.
k l. i. ff. de pact.
l l. nō eſt ſingu lis. de re iud.
m Angel. in d. l. cōuentionum. ad finē. ff. de pact. Bald. in l. bene à Zenone. C. de quadrié. præſc. in uerbo, quinimmo. & idē Ang. in l. uēditor. §. ſi conſtat. ad fin. ff. communium prædior. Ludouic. Roman. conſil. 307. quod incipit, In caſu propoſitæ conſultationis. ad finem.

ſtratui, aut ciuitati, in propellendis iniurijs, retinendaq́ꝫ pace, 13
permiſſum eſt,[a] ut ciuium res priuatas illis, quibuſcum tranſi-
gunt, donare poſsit. Quæ tamen ipſa ſententia ſobriè, & cum
hac moderatione accipiēda eſt, ſi uel Princeps, uel ciuitas ipſa 14
non fuerit ſeditioſa: hoc eſt, cauſam belli, atq; hinc ſecutæ cala
mitatis alijs non dederit. Nam quicunq; uel Princeps, uel ma-
giſtratus, uel ciuitas eos quos in ſua poteſtate habet, temerè,
& inflammato animi furore, atq; uindictę libidine prouocaue
rit atque impulerit, ut alijs cędem, flammam, ignem, agrorum
depopulationem, bonorum ac fortunæ direptionē inferant:
neq; eiuſmodi ſiue trepidatio, ſiue concurſus ad Reipub. ſuę la
borantis propugnationem atq; ſalutem, ſed prouocandi ac la
ceſſendi alios pertinet: quicquid certè damni datū fuerit, eius
reſtitutio non ad ſubditos, ſed eum ſiue Principem, ſiue magi
ſtratum, ſiue ciuitatem pertinet, quæ cauſam his malis dedit.[b]
Qui enim ſeditionis aut belli nulla iuſta de cauſa, nec pro pa- 15
triæ defenſione ſuſcepti autor fuerit, eum rectè eſt teneri om-
nis damni atq; mali reſtitutione:[c] adeò ut ſi Princeps in eiuſ-
modi concitata ſeditione, quam diuexandi alterius cauſa in-
fert, fidem dederit ex conuentione, indemnes omnes fore, qui
cunque ſe ſocios eiuſmodi ſeditionis adiunxerit, nec pactum
illud tanquam contra bonos mores, & Reipublicæ tranquilli
tatem initum iure ualebit, nec Princeps quoque indemnita-
tis promiſſæ nomine tenetur.[d] Quoniam eadem eſt turpitu-
do & iniquitas obſequentis impia & inhoneſta præcipienti, 16
quæ & pręcipientis eſt: & in turpi promiſsione melior eſt con 17
ditio potentis.[e] Quemadmodum igitur humanum genus, ac 18
ciuilis uitæ ſocietas, naturalis cōiunctionis ui impulſa,[f] pacem
tranquillitatēq; mirabiliter amat:[g] propterea quòd nulla per-
nicioſior peſtis ſit ad perturbandā ciuiū tranquillitatem, atte- 19
rendasq; eorū fortunas, ipſa illa diſcordia:[h] etiā Deus ſeuerìſsi 20
mè in eos Principes animaduertit, qui depoſito pacis publicæ
ſtudio, ſeditionē temerè mouent. Cuius rei exemplo ſunt ſedi
tioſi illi, impij, & tyranni principes, Dathan & Abyron, quos 21
terra uiuos abſorbuit.[i] Zambri, quem Deus in eiuſmodi inſa-
niam coniecit, ut funeſtis manibus illatis, ſeipſum combure-
ret. Item Baaſa, qui ſimili calamitate extinctus eſt.[k] Ita optimus
quiſque in hanc curam, diligentiam, atque operam incumbe-
re debet, ut paci publicæ ſtudeat, habeatq; ciuiū animos, quo-
rum

a Bald. et Ang. in l. Bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. Bart. in l. quæcunq;. ad fin. C. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. Bald. quoque in l. quicunq;. col. ult. C. de ſeruis fugitiu. Ioan. And. et Innocen. in c noſtra. ext. de iniurijs et dd. dat.

b l. quoniā mul ta facin. in uerbo, tētauit. et ibi gloſſ. etiā docet. C. ad l. Iul. de ui publ. Marc. Laudenſ. in tract. de milit. §. ult. et ſingulariter Alex. cōſ. 103. quod incipit, uidetur prima conſiderat. uol. 1. Maſuer. in ſua praxi. tit. de pœn. fol. 98. col. 2. poſt princip. text. in l. in hoc iudicio. ibi Bart. et Alberic. de roſat. ff. de ſeruo corrupto.

c d. l. in hoc iudicio. et Bald. in rubr. extr. de ijs quæ ui, metus'ue cauſa fiūt. col. 3. uerſ. ſed an corporalis. text. & ibi gloſſ. Bartol. itē & Ang. in l. 7. §. ſi quis nō homines. ff. de ui bonorum raptor.

d gloſſ. quæ ſingularis dicitur à Bar. Ang. Bald. Salycet. poſt Cynū et Pet. de bella pertica in d. l. quoniā multa facinora. in uerbo, ſuppliciū.

e Io. Faber. Angel. Aret. in §. illud. Inſtit. mādat. & l. ſi remunerādi. §. rei turpis. & l. ſi uerò non remunerādi. §. ſi adoleſcens. ff. e. t. Dyn. in regul. in malis promiſſum. de regul. iur. lib. 6. f l. ut uim. ff. de iuſtit. & iur. g d. l. 1. & quæ ibi notantur. C. de caduc. tollend. c. fundament. de elect. lib. 6. h Saluſt. in bello Catil. Marc. Mant. cōſil. 115. num. 4. clement. 1. §. 1. extr. de iureiur. & clement. dudum. §. olim. ibi. Card. de ſepulch. i Num. 16. k 2. Reg. 15.

22 rum ſocietas præcipuè charitate retinetur,[a] etiam prouincias
omnes tranquillas atque pacatas.[b] quando Reipublicæ inter-
eſt, ſine metu atque periculo prouincijs ac uijs publicis, cùm
23 in aduehendis & exportandis ijs cõmercijs, quorum neceſſa-
ria eſt ratio: tum etiam ad retinendam & conſeruandam hu-
manæ coniunctionis ſocietatem, unumquemlibet uti poſſe.[c]
Et receptũ eſt legibus, ſi territorij dominus ſua itinera ab ho-
ſtium & latronum inſultu ſacroſancta atque tuta, cum id poſ-
24 ſit, non teneat, eum inferre & reſarcire omnia eius damna ac
ſumptus debere, quæ uiator, ſiue negociator, cuiuſcunque e-
tiam nationis ſit, pertulit.[d] Quæ autem ad prouinciarum re-
ctores conſeruandæ pacis tranquillitatiſq; cauſa pertinent,
pulchrè deſcribit magnum illud iuris ornamentum Andreas
Alciatus:[e] quæ omnia hic referre, nihil neceſſe habuimus.

a c. non ſatis. 86. diſt. n. facit c. dilect. extr. de præbend. Archidiac. in c. epiſcopus. 10. quæſt. 2.
b l. cõgruit. ff. de offic. præſid.
c l. 1. §. ſumma. ff. de ijs qui deiecerint uel effund. ibi Florean poſt Bart. & Bald. et idẽ Bald. in l. cõuentionũ. ad fin. de pact. et d. l. cõgruit. §. ques. ff. de offic. præſid.
d textus ualde notabilis in l. 3. ff. de offic. præſ. et Angel. ibi Bartol. in l. 1. §. occiſorum. ff. ad ſenatuſc. Syllaian.
e C. 762. 32.

BELLVM ITA SVSCIPIENDVM, VT SINE iniuria in pace uiuatur. Cap. XV.

1 *Magni eſt Principis, uim, cum poßit, legibus arcere: aut ſi cauſa poſtulet, bello propulſare.*
2 *Bellum non alia, quàm Reipublicæ conſeruandæ cauſa inferendum.*
3 *Non leuius peccatum eſt, cum id imperio poßimus, nocentißimorum hominum hoſtiles conatus à ceruicibus & ſanguine ciuium non arcere, quàm patriam ipſam deſerere.*
4 *Bellum inferendum, ut pax conſeruetur.*
5 *Pacem habere uoluntatis, bellum gerere neceßitatis eſt.*
6 *Belli finis eſt, ut Deus nos liberet à neceßitate, & conſeruet in pace.*
7 *Pax non quæritur, ut bellum inferatur: ſed bellum infertur, ut pax acquiratur.*
8 *Quæ animi uitia ab illo qui bellum infert, abeſſe debeant.*
9 *Militia omnis aliena eſt ab Euangelica pietate, quæ non ad Reipublicæ ſalutem atq; dignitatem refertur.*
10 *Deo uindicta omnis permittenda.*
11 *Non nobis iudicium de alienis malè uel bene factis ſumere debemus, ſed illud Ieſu Chriſto permittere.*
12 *Militiæ laus uera, quæ non ulla nocendi uoluntate, ſed conſeruandæ Reipublicæ ſtudio paratur.*
13 *Bellum aliud proprium, aliud improprium.*
14 *Belli uis ex naturali quadam ratione in Principis poteſtate eſt locata.*
15 *Bellum qui diuexandi finitimas gentes nulla iuſta de cauſa infert, tenetur lege Iul. maieſt.*
16 *Belli inferendi cauſæ iuſtæ quæ uideantur.*
17 *Pontifex in propugnandam ac defendendam imperij maieſtatem, uim poteſtatemq; ſuam conuertere debet.*
18 *Caroli Imperatoris V. in rebus præclarè gerendis magnitudo, admirabiliſq; pietas in defendenda Chriſtiana eccleſia aduerſus excurrentes Turcæ impetus.*
19 *Optimus quiſq; maximè commoueri debet ſalute publica.*
20 *Dimicationem cum ijs ſuſcipiendam eſſe, qui eccleſiam & religionem catholicam oppugnant.*
21 *Bellum rectè illis infertur, qui iuſtitiam opprimunt.*

22 *Bellum illis inferri poteſt, qui optimarum legum uim, qui iudiciorum ſeueritatem, qui Reipublicæ tranquillitatem ſeditioſe conuellunt atq; perturbant.*

23 *Bellum nemini, qui quidem obedire paratus eſt, inferendum.*

24 *Quatenus Principi bellum ſuſcipiendum ſit.*

MAGNI eſt, & iuſti Principis opus, cùm in reti
nenda tranquillitate publica ſuum unicuiq; 1
tribuere, tum uerò iniuriam atque uim, quæ
ciuibus infertur, cum poſsit, legibus arcere:
aut ſi ita uel cauſa, uel res poſtulat, eam bello
propellere atq; propulſare: [a] cum hac tamen
moderatione, animiq; uoluntate perpetua, ut bellũ non alia,
quàm conſeruandæ Reipublicæ cauſa illatum uideri poſsit. [b] 2
Nam cum & M. Tullius Cicero ſcribat, [c] non leuius eius pec- 3
catum eſſe, qui nocentiſsimorũ hominum uim atque iniuriam
à ſanguine & cæde ciuium non arcet, cum id imperio ac pote-
ſtate poſsit, quàm qui parentem ac patriam deſerit, aut etiam
hoſti prodit: tum ſanè bellum perpetuò, ut pax conſeruetur,
inferri debet. [d] Et Auguſtinus poſt longam diſputationem, 4
quatenus Chriſtiano homini bellum ſuſcipere liceat, ſcribit: [e]
pacem habere, uoluntatis: bellum autem gerere, neceſsitatis 5
eſſe, ac proinde belli finem eſſe, ut Deus nos liberet à neceſsita 6
te, & conſeruet in pace. Non enim, inquit, pax quęritur, ut bel 7
lum exerceatur: ſed bellum geritur, ut pax acquiratur. Abeſſe 8
igitur ab eo qui militiam ſibi ſumit, planè uult, [f] nocendi cupi-
ditatem, ſtudium uindictæ, animum implacabilem, aſperum,
& inflammatione iræ intumeſcentẽ, libidinem item dominan
di, rebellandiq; feritatem, & ſi quæ ſunt aliæ animorum per-
cuſsiones, quibus agitata mens humana, eam quæ in omnibus
magnis & præſtantibus rebus gerẽdis requiritur, moderatio-
nem, animiq; magnitudinem retinere non poteſt. [g] Eſt enim
omnis militia ab Euangelica pietate atq; doctrina aliena, quæ 9
non ad conſequendam & retinendam Reipublicæ tranquilli-
tatem, cõmunemq; ſalutem refertur. [h] quando & Dei, & Apo
ſtolorum præceptiones ſeueriſsimè nos commonent, ne per-
cutientem referiamus, [i] ſed ut locum iræ demus: [k] non nobis, 10
ſed Deo uindictam omnem permittamus: [l] neq; iudicium de
aliorum benè uel malè factis faciamus, ſed ſuum Chriſto relin
quamus. [m] Et ea demum uera ac ſempiterna militiæ laus eſt, 11
quæ nulla cupiditate mala, nullo ſtudio aut habẽdi, aut nocen
di, non indomitis animi affectionibus, ſed communi uirtutis 12
paciſq; uoluntate paratur. [n] Itaq; non deſunt, qui belli formas
atque cauſas diſtinguunt, ut bellum aliud proprium ſit, aliud
improprium: item aliud iuſtum, aliud uerò iniuſtum. [o] Vt pro 13
prium

a tot. tit. 23. qu. 2. ibi ualde copioſe. & tot. tit. de pac. tenẽ. ibi pulchrè Matth. de Affli. Henning. conſ. 289. 29. extatq; pulcher tract. 10. de Lig. de bello iuſt. Hoſtien. in c. 1. de homicid. lib. 6.
b 23. quæſt. 2. c. ſumma.
c in lib. 1. Offic. & facit l. congruit. ff. de offic. præſ. cũ ſimilib.
d Pulchrè tot. tit. 23 quæſt. 2.
e ad Bonifaciũ. & habetur 23. quæſt. 2. c. noli æſtimare.
f in lib. contra Manichæos. & habetur 23. qu. 2. c. quid culpatur. unde Gaſpar de Cal. in conſ. ſiue tit. de treug. & pac. & Hoſtien. c. 1. de homicid. lib. 6.
g d. 23. quæſt. 2. c. quid culpatur in bello.
h 23. qu. 1. c. 2.
i Matth. 8. cap.
k Paul. ad Roman. 12. cap.
l Deut. cap. 32. Paul. ad Ro. 12.
m Mat. 7. cap. & Paul. ad Roman. 14. cap.
n 23. quæſt. 2. c. ſumma.
o gloſſ. in 23. qu. 2. c. ſumma. ubi quinq; iniuſtitiæ formas ponit. Hoſtien. in d. c. 1. de homicid. lib. 6. & poſt eũ Ioan. Andr.

prium illud dici poſsit, quod uel Pontificis, uel Imperatoris
autoritate ſuſcipitur,[a] & ex quo ſequatur illa ſeruitus, & ius
poſtliminij.[b] quādo naturalis hic ordo eſt, quem & Reipubli-
cæ cùm dignitas, tum uerò ſalus in hac morum licentia, & qua
14 dam omnis diſciplinæ ueteris inclinatione poſcit, ut & ſuſci-
piendi, & gerendi belli autoritas in Principis conſilijq́ pote-
15 ſtate atque uoluntate ſit poſita.[c] Et lex Iulia maieſtatis in eum
ſeuerisſimè animaduertit, qui priuata animi libidine, nullo
Principis iuſſu bellum infert, aut excitat trepidationem.[d] Im-
proprium uerò illud, quod ab inferiore à Principe, uel eo qui
ſuperiorem agnoſcit, ſuſcipitur:[e] quoniam ea nonnunquam
nocentisſimorum hominum uis ſubitò in Rempublicam in-
cumbit, ut ad propellendum ac propulſandū hoſtium incur-
ſum, arma ſuſcipienda eorum ſint autoritate, qui uel prouin-
16 cijs præſident, uel Reipublicæ ſunt præfecti.[f] Porrò inferendi
belli cauſæ iuſtæ hæ uidentur præcipuè (nam omnes enume-
rare nihil eſt neceſſe) ſi eccleſia Chriſtiana eorū ſeditione per-
turbetur, quorum exultans furor in omni crudelitate, Chri-
ſtianaq́ religione extinguēda, nihil ſibi facit reliqui.[g] Aut qui
profuſa abiectaq́ nequitia illecti, imperij maieſtatē tranquilli
tatemq́ conuellunt:[h] cuius ea eſſe debet unicuique tum chari-
17 tas, tum etiam propugnatio, ut & Pontifex in eam defenden-
dam, uim ſuam atq́ poteſtatē conuertere debeat.[i] Atq́ uti-
nam, illuſtriſsime Princeps, omnes qui in Republicę bene gu
bernandæ laude uerſari uidētur, præclaro & admirabili cùm
18 patris tui inuictiſsimi Imperatoris Caroli V. tum etiam T. M.
exemplo, in eam animi magnitudinem atq́ excelſitatem com-
moueri poſsint, ut ſcirent ſibi pro laborante religione Chri-
ſtiana, aduerſus ſæuientis Turcæ impetum, fortem propugna
tionem ſuſcipiendam eſſe. Nam etſi nuper non fatorum acer-
bitas, ſed noſtra flagitia, noſtræ implacabiles iræ, noſtræ effre
natæ atq́ inſolentes cupiditates in eam nos coniecerint defen
dendæ eccleſiæ ueræ, atque religionis difficultatem, nullius ut
hominis tanta eſſe uirtus uideretur, qui ægras ac propè depo
ſitas Reipublicę partes aduerſus Turcæ excurrentes incurſus
tueri, aut Chriſtianæ Reipublicæ nauem turbulentisſimis bel
li cladibus cōcuſſam, & tanquam ex medijs ſeditionum flucti-
bus exceptam, in portum ſaluam atque integram collocare
poſſe uideretur: tamē admirabili Dei erga nos adhuc clemen-
tis beneficio factum eſt, ut quo tempore tot ſeditionibus iacta
ta, tot malis euicta, & propè exhauſta Chriſtiana Reſpublica
ad interitum procumbere uideretur, eo tempore is nobis Im-
c 2 perator

a Hoſtienſ. 23. quæſt. 2. c. 1. dd. in l. hoſtes. ff. de captiuis.
b c. ita quorum dam. extr. de Iudæis. & 29. quæ. ult. c. cū mulier. & in l. poſtlimi nium. l. ſi quid in bello. l. hoſtes. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.
c d. c. quid culpatur. ibi, Ordo autē ille natural. 23. quæſt. 2.
d l. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. et de mādat. prin. col. 3.
e Abbas in d. c. ſicut. col. 3.
f l. ult. C. de feb. lib. 9. Ioan. And. in c. cleric. extr. de uita et honeſt. cleric. & in c. olim. el. 1. extr. de reſtitut. ſpoliator.
g 23. quæſt. 7. c. igitur hortatu fidei. & 15. quæſt. 6. c. autoritate. & diſtinct. 63. c. duum Adrianus. argum. in c. pro humani. lib. 6. Bart. in l. 1. C. de pagan. Innocen. in c. quod super. in gloſ. in uerbo, defenſione. uerſ. poteſt etiam indicere bellū. extr. de uot. Bart. in l. ex hoc iure. ibi quoq; Iaſon amplisſ. ff. de iuſt. et iur. et Alexan. in l. hoſtes. uer. hoc præmiſſo uideamus. ff. de capt. et poſtliminio reuerſis.
h 96. diſtin. Innoc. in c. licet ex ſuſcepto. extr. de foro cōpetentia. Abbas in c. excōmunicamus. el. 1. in §. catholici. poſt gloſſ. ſuper uerbo, extraxerint. extr. de hæreticis.
i Loci ſunt in proxima ſignatione annotati.

peratōr daretur, qui & fratris Ferdinandi, regis illuſtriſsimi
atque inuictiſsimi, regis Hungariæ, Bohemię, &c. & omnium
cùm imperij principum, tum ordinum conſenſione atque ſuf-
fragatione, eas pacis rationes inueniret, quibus ſi non omni-
no facta, ſaltem impedita eſt inexplebilis Turcæ ſæuitia. Quo
etiam maiores gratiæ Deo ob id maximè habēdæ erunt, quòd
admirabili ſua prudentia eum imperio præfecerint, qui intelli
geret dignitati, ſaluti, atque laudi publicæ, non priuatis uolu-
ptatibus natum ſe eſſe: qui omnia quæ uel deprauatis noſtris
moribus conſpurcata, uel cōmunium temporum inclinatio-
ne deſœdata, uel belli ſæuitia deiecta eſſent, ſibi intelligeret ſo
reexcitanda. Cuius gloriæ ut ſeruire omnes qui ſaluam cupi- 19
mus Rempublicam, magnopere debemus: ita optimus quiſq;
maximè commoueri debet Reipublicæ ſalute atque propu-
gnatione:[a] quæ ita conſeruatur atque retinetur, ſi iuſtum Dei 20
cultum aduerſus impiam idololatriā, & eos qui cum uera atq;
catholica religione hoſtilem dimicationem gerunt, tueamur.[b]
Sed cum iuſtitiæ explicatione retineantur ciuium fortunæ,
poſſeſsiones, & rerum dominia, neque ullus fœlix ac florens
Reipublicæ ſtatus eſſe queat, in quo non iuſtitia regnet, uiden
tur digni eſſe, quibus bellum inferatur: quorum licentia ac pe-
tulantia nimia, iuſtitiæ adminiſtratio adimitur.[c] Et naturalis 21
ratio, naturæq; cognatio, quæ admirabiles amores eos defen-
dendi excitat, quorum eſt humanæ uitæ conciliatio atque ſo-
cietas nobis coniuncta, efficit, ut eis qui ui opprimunt inno-
centes, qui magiſtratus amplitudinem, qui iudiciorum ſeueri
tatem, qui legum maieſtatem, qui honorem, ſalutem, ac digni- 22
tatem Reipublicæ, qui tranquillas ciuium poſſeſsiones, & ea
omnia placidè atque quietè perferre non poſſunt, quorum eſt
iucunditas omnis cum ocio atque tranquillitate publica copu
lata.[d] Sunt & aliæ multæ & graues cauſæ belli & ſuſcipiendi,
& inferendi, quas Ioan. & Paul. de lig. Matthæus item de Af-
flict.[e] & plerique alij recenſent. Nos inſtituendi optimi Princi
pis cauſa hoc notare uoluimus tantùm, cum in Principis tute-
la atque fide poſita ſit Reipublicæ ſalus, cùm ad illius offenſio-
nem, animaduerſionem, & propugnationem pertineant iniu-
riæ ſubditis illiberaliter & impiè illatæ:[f] cum denique ad illius
moderationem pertineat, nemini, qui quidem obedire para- 23
tus eſt, bellum inferre uelle:[g] hanc eius cogitationem, ſenſum,
atque animi commentationem eſſe debere, primùm, ut ſi ne-
ceſsitas,

a Bart. in d. l. C. de pagan. idē & DD. in d. l. ex hoc iure. & 23. quæſt. 7. c. igitur hortatu fidei. Mat. de Affl. per tot. tit. de pac. te nen. et eius uiol.

b Deut. cap. 12. ibi, Subuertite omnia loca. et ibidem cap. 13. & 4. Reg. 3. & 2. Reg. cap. 1.

c Auguſtinus in lib. Quæſtionū. & habetur 23. quæſt. 2. c. dominus noſter. imò euiuſmodi iniuſtitia efficit, ut qui iuſtitiam adminiſtrare detrectat, eorum res nobis uſurpare poſſimus. text. in inſtitut. tit. de rerū diuiſ. § item ea quæ ab hoſtib. et l. pro hæred. § ſi quid inde. ff. de acquir. hæredit. ibi ſingulariter Bart. & in l. ex hoc iure. ibi quoque Iaſ. et alij. ff. de iuſt. & iur. et in c. ius gentiū. 1. diſtinct. et Mat. de Affl. in tit. de pac. tenen. part. 3. fol. 44. nu. 17.

d Extāt in hāc ſententiā multæ præceptiones apud Ioā. et Paul. de lig. in tractat. de bello et repr. & apud Mat. de Afflic. in c. 1. tit. hic finitur lex Frederici.

e in d. c. 1. tit. hic finitur lex Frederici. & doctor. in d. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & in c. ius gentiū. diſtinct. 1. & quæ multis notantur in c. olim. extr. de reſtitut. ſpoliat. item in l. hoſtes. & l. ſi quid bello. ff de captiuis & poſtliminio reuerſ. d. Hemmingus Goden.

f l. quiſquis. C. ad l. iul. maieſt. l. decernimus. in princip. C. de ſacroſan. eccleſ. l. raptores. C. de epiſcop. & cleric. & l. unic. C. de rapt uirg.

g Petr. de Ancharan. in c. ſi clericos. tit. de ſent. excommunicat. allegans c. ut famæ. & c. cum non ab homine. e. ti.

24 ceſsitas, aut Reipublicæ utilitas repoſcat, ita bellum ſuſcipiendum eſſe exiſtimare uelit, quò cuncti ſine iuſta cuiuſque offenſione, in pace uiuere queant. Deinde ne nimia poteſtatis ſuæ fiducia, & quadam uincendi cupiditate incenſus, ſic ſolus omnium Princeps eſſe uelit, nullum ut conſilij ſocium admittere, aut tẽperantię æquitatiſq; rationẽ habere queat. quando non aliud animi uitiũ magis C. Iulij Cęſ. indolẽ, alioquin excelſam, & animũ ad omnem laudis pulchritudinẽ contendentem, in perniciem atq; cędẽ impulit, quàm nimia illa ſuijpſius fiducia.

VIRTVTIS PROPRIVM EST, FIDEM ET CONuentiones licitas ſeruare. Cap. XVI.

1 *Principis conuentiones omnes ſunt bonæ fidei.*
2 *Qui in amplitudine imperij conſtitutus eſt, eum maximè decet, quæ conuenerunt bona fide ſeruare.*
3 *Natura comparatum eſt, ut animus liber parêre ei non uelit, in quo non appareat conſtans ac firma conſiliorum ratio.*
4 *Vitium non aliud magis tetrum in magno, & principe præſertim uiro, quàm linguæ atq; cordis diſsidium gerere.*
5 *Principis eſſe, omnibus in rebus datam fidem ſeruare.*
6 *Iuſtitia ipſa, adeóq; ciuilis huius uitæ ſocietas maximè retinetur fide.*
7 *Fidem omnibus ſeruandam eſſe.*
8 *Princeps datam fidem uiolans, indignus eſt omni honore.*
9 *Epiſcopus omni dignitate deijciendus, propter uiolatam fidem.*
10 *Miles perfidiæ crimine implicatus, nullam teſtamenti factionem habet etiam in bonis caſtrenſibus.*
11 *Princeps in omnibus pactis atq; conuentionibus iure communi utitur.*
12 *Princeps quæ conuenerunt, bona fide ſeruare debet.*
13 *Ad retinendam in omnibus rebus ac cauſis æqualitatem, quæ conuenerunt, ijs utrinq; ſtandum erit.*
14 *Si fas eſſet Principi, à conuentionibus temerè diſcedere, uix pauci inuenirentur, qui cum Principe contrahere uellent.*
15 *Violatione datæ fidei, atq; initæ conuentionis, omnia hominum rerumq; commercia facilè concidunt.*
16 *Princeps in contractibus non aliter quàm priuatus obligatur.*
17 *Princeps propter adhibitum conſenſum in ſuis conuentionibus, & ciuili & naturali iure obligatur.*
18 *Initio cuiq; liberum eſt contrahere, uel non.*
19 *Princeps de poteſtatis plenitudine nõ poteſt, quæ bona fide cõuenerunt, detrectare.*
20 *Virtutis proprium cum ſit, fidem & conuentiones licitas ſeruare, agendum Principi, ut conuentionibus ſtare uelit.*

PRINCIPIS cõuentiones ſicut bonę fidei ſunt
1 omnes,[a] ita eum qui in quadã imperij & prę-
cellentiæ amplitudine conſtitutus eſt, maximè decet, quę conuenerunt, bona fide ſeruare.[b]
2 Nam & natura ita comparatũ eſt, ut animus liber, bene etiam & liberaliter à natura inſtructus, eum nec obſeruare, nec parêre eius pręceptis uelit,

a Bald. in tit. de pac. Conſtant. §. ſi qua uerò. et in de cõſil. 99. uerſ. ſecundò probatur. part. 2. Phil. Dec. conſil. 87. col. ult. Martin. Lad. in tract. ſuo de confœderat. Vdal. Zaſ. conſil. 14. num. 14. fol. 222. uol. 1. b l. 1. ff. de pactis. c. 1. extr. e. t. l. 1. ff. de conſtit. prin. l. 1. §. meritò. ff. depoſiti.

in quo non firma & conſtans conſiliorum ratio, fides bona, & 2
ſumma prudentia appareat.[a] Et cum non aliud uitium in Prin 3
cipe præſertim uiro magis tetrū, barbarū, & immane ſit, quàm
linguæ atq; cordis diſsidiū gerere, aliud conſtituere, uel pro- 4
mittere, aliud cōtrà facere: erit optimi cuiuſq; principis, et qui
cunq; rebus bene gerendis præficit, in hoc curas cōfigere ſuas,
ut omnibus in rebus ac cauſis datā fidē ſeruet. Eſt enim ſupra 5
modum illiberale, leue, & inhoneſtum, cum nihil ſit, referente
Vlpiano, tam congruum humanæ fidei, quàm ea quæ placue-
rint, ſeruare: neque ſolùm ipſa iuſtitia, quæ conuenerunt, eo- 6
rum cuſtodia ac fide, uerùm etiam ipſa ciuilis uitæ conciliatio
atq; ſocietas maximè retineatur fide,[b] uelle datam fidem fran-
gere.[c] quando tantum eſt & odium, & iuſta indignitas perfi- 7
diæ, ut & Princeps, qui fidem licitæ conuentionis aut tranſa-
ctionis frangit, indignus planè habeatur omni honore atque
obſeruantia:[d] & is qui eccleſiæ præfectus eſt, ſi fidem uiolet, ab 8
eius adminiſtratione ſit amouendus:[e] atq; etiam miles, ſi periu 9
rij ac uiolatæ fidei crimine implicetur, nullā habeat teſtamenti 10
factionem etiam in bonis caſtrēſibus.[f] Sed tamen maior quæ-
dam eſt in Principe ratio, quamobrem conuentis ſtare uelit
atque debeat: non ideo ſolùm, quòd maieſtatis, imperij, auto-
ritatiſq; amplitudine cęteris prēclarè antecellat,[g] quod tamen
ipſum permagnum eſt: ſed quòd Princeps in omnibus pactis 11
atque conuētionibus iure cōmuni utatur.[h] ac proinde etiam
quæ uel contraxit, uel bona fide inita ſunt, omnino ſeruare, &
religioſe cuſtodire tenetur.[i] Cuius ſententiæ hæc adfertur ra- 12
tio, quòd cum in iudicijs, atq; cæteris rebus, quarum commu-
nione ciuilis hæc humanæ uitæ conciliatio atque ſocietas reti-
netur, tum etiam in contractibus, qui & legitimè, & bona fide
initi ſunt, ſeruari debeat æqualitas: hoc eſt, quod conuenit, ei
utrinque ſtandum erit.[k] Alioquin enim, ſi Princeps, in cuius fi 13
dem atque mores reliqui facilè ciues ſuos animos, mentes, ocu
los, atque cogitationes defixas habent, ad cuiuſq; æmulatio-
nem facillimè ſe effingere atque conformare ſolent, à fide data
& conuentionibus temerè deflecteret, uix pauci inueniri poſ- 14
ſent, qui cum Principe contrahere uellent: conſiderentq; eius
perfidiæ exemplo ea rerum commercia, quibus maximè hu- 15
manæ coniunctionis, uitæq; ſocietas retinetur.[l] Satiſq; con-
ſtat, Principem in ſeruandis contractibus, perinde atque pri- 16
uatum aliquem obligari[m] cùm iure ciuili, tum etiam naturali,
propter adhibitū uidelicet conſenſum.[n] ac proinde cum initio 17

liberum

a Philip. Dec. conſ. 689. nu. 19. fol. 43. aſſerens principem ad inſtar angularis lapidis cōſtantem et immobilē eſſe debere. in l. 1. ff. de pac. facit et l. 1. ff. de cōſtit. pecun. & c. 1. ext. de pact.
b d. l. 1. ff. de pactis. et l. 1. de conſtitut. pecun.
c l. qui fidē. ff. de tranſact.
d epiſt. inter claras. C. de ſumm. Trin. et fid. cat. c. iuſtū. 9. diſtin. Marc. Man. pulchrè conſil. 300. num. 7. fol. 164.
e c. peruenit. et quæ ibi notātur. extr. de fideiuſſ. c. ult. ext. ne prælat. ui. ſu. c. ad aures. ext. quod metus cauſ. Ab. Panor. in c. querel. extr. ne prælat. uir. ſuas.
f l. ex militari. ff. de militar. teſtament. Marcus Mant. conſil. 12. num. 12. fol. 12.
g Bald. in c. 1. §. ult. in tit. qui feudar. poſſ. Zaſ. conſil. 1. num. 10. uol. 2. Iaſon in l. ff. de pact. num. 2. fol. 151.
h Bald. in l. ex imperfecto. C. de teſtamē. Philip. Dec. conſ. 404. num. 8. part. 1. fol. 50. pag. 2.
i c. 1. de probat. ibi Abb. & Andr. Cyn. in l. digna uox. uerſ. ul. ſcias C. de legib.
k Bald. in d. l. ex imperfect. ad fin. C. de teſtam.
l l. hi qui. C. de apoſtat. Ludouic. Roman. conſil. 352. incipiente, quæritur primò. ad finem. Bald. in effectu. in l. princeps. ad fin. ff. de legib. Philip. Decius conſil. 287. part. 2. m d. c. 1. extr. de probat. n l. 1. ff. de pact.

18 liberum ſit Principi, perinde atq; unicuique priuato, contra-
here:[a] ita poſteaquam contractum eſt, ſeruare certè debet ea
19 quæ conuenerunt: adeò ut etiam Princeps de plenitudine po-
teſtatis, quam ſibi ſumit, non poſsit eas conuentiones retra-
20 ctare, quas ipſe bona fide iniuit.[b] Ergo cum uirtutis proprium
ſit, fidem & cõuentiones licitas ſeruare: non debet rectus Prin
ceps eius ſtudium ullo uel loco, uel tempore, uel caſu depone-
re: etiam alios, ut cõuentionibus initis ſtare uelint, cõmonere.

a l.ſicut.C de action. & oblig. ibi Cardinal. & Philip. Decius in prædicto cõſilio.
b Paul. de Caſt. in d. l. digna. uox. de legib. et Bald. in c. 1. §. ad hæc. colum. 5. in uerſ. idem notat ex gloſſ Phil. Dec. part. 5. cõſ. 675. num. 17. fol. 42. & part. 1. conſil. 151. nu. 11. fo. 109.

QVATENVS PRINCEPS CONVENTIONIBVS ſuis obligetur. Cap. XVII.

1 *Princeps obligatur ſuo contractu, cum ipſius ſubdito inito.*
2 *Princeps etſi legibus ſolutus eſt, naturali tamen obligatione conſtringitur.*
3 *Princeps, quæ iuris naturalis ſunt, conuellere non poteſt.*
4 *Princeps ex ſuo contractu propter naturalem æquitatem atq; rationem obligatur.*
5 *Principis contractus, qui graue præiudicium ipſius ſubditis adfert, nullius momen ti aut obligationis eſt.*
6 *Princeps de damnis ipſius ſubditis illatis, ſine maiore aliqua utilitatis publicæ cauſa, aut ſubditorum conſenſu paciſci non poteſt.*
7 *Qui hoſtium prædas emunt, conſcientiæ uinculo conſtringuntur.*
8 *Principis contractus in grauem ac uehementem læſionem iuriſdictionis factus, nullam obligationem inducit.*
9 *Contractus Principis dolo, uel perſuaſione mala, uel circumuentione alterius ini tus, nullam quoq; obligationem inducit.*

AD Principis maieſtatem atq; fidem pertinere
diximus, in omnibus legitimis, & bona fide
initis conuentionibus fidem ſeruare. Neque
dubium eſt, quin Princeps propter natura-
lem æquitatem atq; rationem obligetur con
1 tractu cum ipſius ſubdito inito.[a] Naturalem
rationem atque æquitatem ideo diximus, quòd etſi Princeps
2 legibus ſubiectus non eſt, nec conſtringitur ciuili obligatio-
3 ne:[b] quia tamen naturæ ius conuellere non poteſt,[c] tenetur cer
4 tè ex ſuo contractu, naturali ſaltem obligatione. Sed adhiben-
da erit diſtinctio hæc, ut Princeps eo contractu, quem iniuit,
non obligetur, ſi præſertim is cõceptus ſit in magnum, ac gra-
5 ue præiudicium, damnum, ac fraudem ſubditorum, quorum
certè res atq; fortunæ iniquis domini conuentionibus non de
bent atteri atq; diminui.[d] Neq; Princeps cum alio, quicum bel
6 lum geſsit, ſic paciſci, atq; remittere poteſt iniurias, damna, cæ
dem, depopulationes agrorum, concremationes ædium, &
quæcunq; alia mala inuecta ſunt ſubditis ipſius, ut eiuſmodi
contractu uel ipſe Princeps, uel eius ſubditi obligentur: niſi
hoc fortè fiat maioris alicuius cõmodi publici cauſa, aut ſubdi
ti ſuum

a Cyn. in l. digna uox. C. de legib. Abbas in c. 1. de probat. in princ. Bald. ibi quoq;, et in l. ult. C. de tranſact. et in l. ex imperfecto. C. de teſtam. Bart. in l. prohibere. §. planè. ff. quod ui aut clã. Felyn. copioſiſs. in d. c. 1. extr. de probat.
b l. princeps. ff. de legib. Felyn. in d. c. 1. extr. de probat.
c inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.
d Hoſtien. in c. dilecti. ext. de maior. & obed. ibi quoq; Iod. And. Ant. de Butr. & Abb. Bald. in c. generali. tit. ſi de feud. fuerit controuerſ. & in l. quicunque. uerſic. deinde nota. C. de ſeruis fugitiuis.

ti ſuum conſenſum adhibeant.[a] Nec ij qui hoſtium prædas e- 7
merunt, exempti ſunt ſaltem cõſcientiæ uinculo, & obligatio-
ne naturali, qua ſe propter malam fidem, & impietatem ad-
miſſam conſtrinxerunt.[b] Sed nec ille Principis cõtractus uim 8
obligationemq́ ullã retinet, cuius ui ipſa illa iuriſdictio, quam
conſeruari Reipublicæ intereſt, labefactatur, atq; enormiter
conuellitur.[c] Aut ſi maior aliqua cauſa, & cum utilitate publi-
ca coniuncta ſit, quamobrem non expediat obligationem ex
Principis contractu naſci.[d] Et breuiter, quoties Princeps uel
dolo, uel circumuentione, uel inductione mala commouetur, 9
ut contrahat, ſi eius contractus iniquitas pòſt appareat, non
obligat ipſum Principem.[e] In quam rationem ſi quis plura re-
quirat, poterit legere, quæ à Felyno & alijs paſsim ſunt nota-
ta:[f] quando nobis in hoc præſertim inſtituto, & exili opere, ſa-
tis eſt Lectorem huius tantùm commonuiſſe.

a Hoſtienſ. pulchrè & copioſe in c. quanto. ext. de iureiur. & in ſumma. tit. de pœn. et remiß. §. quibus & qualiter. ad finẽ. uerſ. ſed pone. copioſe Felyn. in c. quæ in eccleſiar. ext. de conſtitut.
b Pet. de Anch. in reg. peccatũ. de regul. iur. lib. 6. Felyn. in d. c. 1. ext. de probat. uerſ. ſecundò declara notabiliter. Hoſtien. in d. c. quanto. ext. de iureiuran.
c Felyn. in d. c. 1. uerſ. tertiò declara hanc materiam. ext. de probat. ubi in hanc ſentẽtiam multa adducit, quæ hic breuitatis cauſa ſunt omiſſa. d Bald. in l. ult. ff. de ſenator. Felyn. in d. c. 1. de probat. uerſic. quintò declara. e Abbas in c. ſicut. el. 2. extr. de iureiurand. Cald. conſil. ſuo 3. tit. de iureiurand. f in d. c. 1. extr. de probat.

VERITATEM IN OMNIBVS REBVS AC CAVſis præcipuè ſpectandam eſſe Principi. Cap. XVIII.

1 *Veritas moratæ ciuilisq́; ſapientiæ procreatrix eſt.*
2 *Eadem cum Dei agnitione nos coniungit.*
3 *Proprium eſt Principis, ſine ullis ambagibus commoueri ueritate.*
4 *Eiuſdem eſt, exemplo Ieſu Chriſti omnes ſuas conſtitutiones, conſilia, atq; iudicia ad ueritatem referre.*
5 *Princeps non hominis, ſed Dei perſonam gerit.*
6 *Princeps lex animata in terris.*
7 *Principis eſt, prò ſua conſcientia iudicare, ac cauſas definire.*
8 *Iudicia ſeuera & iuſta eſſe debent.*
9 *Principis eſſe, æquitatem non ſcriptam, ſcripto iuris rigori anteferre.*

VERITATEM, quæ & moratæ ciuilisq; ſapien- 1
tiæ procreatrix eſt, & cum Dei agnitione at-
que obſeruatione perpetua nos coniungit,[a] 2
uel ideo Princeps omnibus in rebus ac cauſis
maximè ſpectare debet, quòd propriũ ipſius
ſit, in definitionibus rerum atque cauſarum
non alia re magis, quàm ueritate ſine ullis ambagibus commo- 3
ueri:[b] & exemplo Ieſu Chriſti, omnia ſua conſilia, iudicia, atq; 4
conſtitutiones ad ueritatem referre.[c] Nam cum is non homi- 5
nis, ſed Dei perſonam gerat, habeaturq́; tanquam lex animata 6
in terris,[d] pertinebit ad illius procurationem atque ſolicitudi-
nem, non ſolùm ubiq; ueritatem colere, ſpectare, atq;ample-
cti, uerùm etiam pro animi ſui libertate atq; conſcientia iudi- 7
cium facere:[e] & in iudicijs, quæ ſeuera, iuſta, & recta eſſe de- 8
bent,

a Bald. in l. libertini. ff. de ſtatu hominũ. diſt. 7. c. ueritati. c. fraternitat. ext. de frigid. & maleſic. l. imperatores. ff. de probat. & 22. quæſt. 4. c. quid aũt inæqu.
b c. ad petitionẽ Gual. ext. de acc.
c Bald. in l. ſancimus. C. de iud.
d §. penult. in Aut. de conſulib. Philip. Dec. cõſ. 689. nu. 23. par. 5.
e Bart. in l. præſent. C. de his qui ad eccleſ. cõfug.

bent,[a] æquitatem non ſcriptam præferre rigori ſiue ſeueritati ſcriptæ legis:[b] cum tamen non eadem ratione alijs hoc liceat, ut alio in libro notauimus.

a c.1.ext.de iud.
b l.1.C.de leg. ſecundũ Bald. in l.1. C.de iure aũ anul. aur.

PRINCIPIS MANSVETVDINE ATQVE LIBERalitate, multitudinis amorem excitari. Cap. XIX.

1 *Principis eſt, cunctis prodeſſe, nocere nemini uelle.*
2 *Semper in Principis liberalitate abeſſe debet aliorum fraus, damnum, & iniuria.*
3 *Principis priuilegia omnia, quæ quidem ad aliquod alterius damnum referri poſſe uidentur, ſtrictiſsimam interpretationem habere debent.*
4 *Priuilegium Principis ipſius ius tantum concernens, ampliſsimam interpretationem habere debet.*
5 *Nemo debet aliena cum iactura locupletior fieri.*
6 *Principis beneficium etiam in eam perſonam collatum, quæ communi alleuatione digna uideatur, ſi tamen ius alterius lædat, ſtrictam interpretationem habere debet.*
7 *Principis benignitate charitatem populi excitari.*
8 *Quam liberalitatis rationem Cicero præſcribat.*
9 *Qui pleraſq; præceptiones de exercenda liberalitate conſcripſerint.*

QVI iucundam uitæ laudem, qui ciuium charitatem & beneuolentiam concupiſcit, qui gloriam & ſplendorem Reipublicæ ſpectat, eius propria eſt uirtus, omnibus bonis fauere & gratificari, & cunctis ſe promptum expoſitumq; eſſe: hoc eſt, eam animi libertatem ex-
1 ercere uelle, quę amicis proſit, noceat autem nemini: quando, ut Cicero[a] rectè dixit, nihil liberale eſſe poteſt, quod non idem ſit honeſtum. Ac proinde etiam legibus receptum eſt, ut quoties Princeps pro naturæ ſuæ clementia atq; bonitate aliquid largitur atq; concedit, uel confirmat, ut uniuerſum illud citra cuiuſquam uel offenſionem, uel iniuriam facere intelligatur.[b]
2 Nam & omnia Principis priuilegia, quæ ad aliquod damnum
3 atq; præiudicium alterius pertinere uidentur, ſtrictiſsimam interpretationem habere debent.[c] cum alioquin, ſi Principis ſiue liberalitas, ſiue priuilegium ipſius tantum ius concernat,
4 latiſsimam interpretationem habere debeat.[d] Quæ ſententiæ humanitas, ſicut cum æquo & bono, etiam conſeruatione æ-
5 quabilis iuris coniuncta eſt, ne quis uidelicet aliena iactura locupletior fiat:[e] ita etiam, ſi Principis beneficiũ in eum qui uel
6 pupillus, uel minor uigintiquinq; annis ſit, uel prærogatiua iuris iuuetur, conferatur, nihilominus tamen, ſi alterius ius minuere atq; labefactare uideatur, accipiendum ſit ſtrictè, atque
7 ita, ut quàmminimum lædat alium.[f] Itaque principum uirorum benignitas, qua multitudo populi in illius amorem atq; obſeruantiam præcipuè excitatur, magnã ſemper laudem atq; prædicationem meretur. Et præclarè à Cicerone dictum eſt,

a in lib.1.Offic.
b Bald. & Iaſ. in l.1.ff. de conſtit.princ. et idẽ Bald.in tit.de cõſtit.col.31.in uerbo, poßideant.et facit l.Labeo.§.1.ff.famil.herc.
c Innocent. ual de inſig.in c.tam dilecti.ext.de donat. & c. olim. ext.de uerb.ſig. pulcher text. in c.ex tuarũ. ext. de aut. et uſu pal ly. 10. And.in d. c.olim.Panorm. conſil. 1. col. 4. uol.1.
d l.1.et ibi DD. ff.de conſtitut.
e l.natura.de reg.iuris. l.nam hoc natura.ff.de condit.indeb.
f text.notab.in l.impuberi.ff.de adminiſt.tutel.et illũ ſecutus Bart. in l.idemq;. in prin. ff.qui pot. in pig.habeãtur

primùm, ut ea libertate utamur, quæ amicis proſit, & nemini 8
noceat: deinde etiam, ut in exercenda benignitate mores eius ſpectemus, in quem beneficium cõfertur, & animus erga nos, & communitas, & ſocietas uitæ, & ad noſtras utilitates officia antè collecta. Traduntur in hanc rem paſsim pulchrę & utiles 9
præceptiones apud Auguſtinum, Ambroſium, Gregorium, Boethium, Senecam, Ciceronem, Valerium Maximum, & alios: quos ſtudioſa adoleſcentia, ſi neceſſe ſit, uidere poterit. Et notũ eſt illud, Principis liberalitatẽ non eſſe freno[a] coercendã.

a Videatur Iaſon et alij in l. beneficiũ. ff. de conſtitut. princip.

IMPERII DIVTVRNITATEM MAXIMÈ RETINERI Principis cùm ſapientia, tum beneuolentia, etiam comitate in audiendis populi querelis. Cap. XX.

1 *Imperij diuturnitatem maximè retineri Principis cùm ſapientia, tum beneuolentia, etiam morum ſiue facilitate, ſiue comitate in exaudiendis populi querelis.*
2 *Princeps ſapiens, populi ſtabilimentum eſt.*
3 *Sapientis proprium eſt, nihil, quod pœnitere poßit, facere, &c.*
4 *Biantis Prienæi ſententia receptum eſt, beneuolentia Principis præcipuè retineri imperij gubernacula.*
5 *Sicut pater in ſuos liberos, ita Princeps erga ſuos ſubditos affici debet.*
6 *Fortunæ magis, quàm fœlicitatis eſſe, præpotentes Principes habere.*
7 *Fœlicitatis expetendæ eſſe, eos habere Reipublicæ præfectos Principes, qui ciuium charitatem beneuolentia excitent.*
8 *Principes, qui ſingularem beneuolentiam ſuis ciuibus declararunt, in deorum numero ſunt habiti.*
9 *Agapetus ſtabile imperium definiuit, quod Principis beneuolentia retineretur.*
10 *Nullius hominis tanta uis atq; poteſtas eſſe poteſt, quæ multorum inſidijs atque odijs reſiſtere poßit.*
11 *Qui metuitur, alios quoq; metuat neceſſe habet.*
12 *Nulla imperij uis tanta eſſe poteſt, quæ premente metu eſſe poßit diuturna.*
13 *Cato ſenior eos qui diu imperare cuperent, adhortari ſolitus eſt, ut parcius ſua poteſtate uterentur.*
14 *Antigonus rex quam rationem imperij retinendi habuerit.*
15 *Ageſilaus quare dixerit Spartam non egere uel mœnibus, uel præſidijs.*
16 *Agaſiclis Lacedæmoniorũ regis reſponſum de cõſeruanda imperij diuturnitate.*
17 *Deorum ac Principum proprium eſt, cunctis benefacere, nocere nemini uelle.*
18 *Princeps beneuolentia atq; benignitate proximè ad Dei maieſtatem accedit.*
19 *Quæ propriæ Principis ſint partes in amplectenda ciuium beneuolentia.*
20 *Exempla regum, qui populi querelas cum omni manſuetudine exaudiuerunt.*
21 *Vt æquabilem iuris rationem cum omnibus habere, & faciles nos in rebus cognoſcendis, audiendisq; hominibus præbere uelimus, hoc magis præclarum, quàm difficile eſt.*

IMPERII diuturnitatem maximè retineri Principis cùm ſapientia, tum beneuolẽtia, etiam mo 1
rum ſiue facilitate, ſiue comitate in exaudiẽdis populi querelis, uel hinc liquere poteſt, quòd ſapiẽtia Principis, populi ciuiumq́; res omnes fulciantur & ſtabiliantur: uel, ut ille dicit, [a]Princeps ſapiens

a Prouer. cap. 10. And. de Iſern. et Mat. de Affl. in c. unic. §. et extraordinar. tit. quæ ſint regal. part. 3. num. 18. ut Sapiẽ. cap. 6.

populi

2 populi ſtabilimentum ſit:uel quòd,Cicerone referēte,[a] ſapien
3 tis proprium ſit,nihil quod pœnitere poſsit,facere:nihil inui-
tum: ſplendidè, conſtanter, grauiter,honeſtè omnia: nihil ita
expectare,quaſi certò futurum: nihil cum acciderit,admirari,
ut inopinatum ac nouum uideatur:omnia ad ſuum arbitrium
referre,ſuis ſtare iudicijs.[b] Neq; alia uirtute,perinde atq; iuſti
Principis beneuolētia,ciuium populiq; animi in placabili atq;
tranquilla uitæ ſocietate, animorumq; coniunctione, præci-
puè uerò uoluntate atque obſeruantia perpetua erga ſuum
4 Principem retinentur: propterea quòd Biantis Prienæi ſen-
tentia receptum eſt, non alia re magis uel ciuium charitatem
excitari,uel imperij gubernacula in ſumma tranquillitate reti-
5 neri,quàm Principis beneuolentia.Et propriæ Principis par-
tes ſunt, ut eum ſibi affectum erga ſuos ciues induere, eamq;
6 beneuolētiam exercere uelit,qualem ſibi paterfamilias in ſuos
liberos ſumit.[c] Et quemadmodum magnæ & eximię fortunæ
uideri poteſt, eum Principem Reipublicæ gubernandæ pro-
poni,qui familiæ,generis,ac ſtemmatis præcellētia Cecropen,
fœlicitate Polycratem, opibus Crœſum, militum uirtute atq;
copijs Xerxen, rerum geſtarum laude, gloria atq; triumphis
Cæſarem, uel Pompeium ſuperare poſsit: ita fœlicitatis ma-
7 gnopere expetendę eſt,in eius Principis fide,tutela, atque cu-
ſtodia ciues locatos atque poſitos eſſe, qui ex omni imperio
nihil ſibi præter ciuium charitatem, Reipublicæ ſalutem atq;
incolumitatem expetit: qui cuncta pro dignitate Reipublicę,
animi prudentia, conſilij magnitudine, morum facilitate, na-
turæ bonitate, beneuolentia, ac ciuium amore explicare ma-
lit,quàm ulla legis ſeueritate definire.Porrò idem Cicero ſcri-
bit,[d] uſu & conſuetudine maiorum introductum eſſe, ut qui
8 Principes uiri ciuium ſibi animos atq; charitatem beneuolen-
tia conciliaſſent, eos hominum fama atq; uoluntas in deorum
numero habeat.Et Agapetus,eius principis imperium ſtabile
diuturnumq; eſſe dicere ſolebat, cui ciues cùm animi ſui indu-
9 ctione, tum etiam Principis beneuolentia prouocati,libenter
parērent. Vt enim nullius hominis tanta uis,tāta poteſtas eſt,
10 quæ multorum odijs atq; inſidijs reſiſtere poſsit:& contrà ni-
hil tam ciuile atque populare, quàm ſibi optimi cuiuſque ani-
mum beneuolentia cōciliare uelle:ita cōſtantius diuturniusq;
11 ſemper imperarunt, qui beneuolentia ciuium charitatem exci
tauerunt. quādo is qui magis metuitur,quàm amatur,neceſſe
habet eos quoq; metuere,quos ſuſpicione ſuſpenſos tenet. uel
12 ut alicubi quoq; Cicero ait,[e] nulla uis imperij tanta eſſe poteſt,

a in lib. ult. Tuſculan. quaſt.

b Scribit in hac rem quodd Specul. tit. de aduocat. uerſ. cōmendet. & Nic. Boe. in ſuo tractat. de autor. mag. conſil. fol. 533.

c Matt. de Afflict. in d. c. unic. §. & extraordinaria. tit. quæ ſint regal. per Fred. Imp. num. 5. fol. 181. part. 3.

d in lib. de Natur. deor. 2

Agapetus de imperij perpetuitate retinenda.

e in lib. 2. Off.

quæ premente metu eſſe poſsit diuturna. quod Phalaridis,
quod Demetrij,quod Alexandri Pheræi,& aliorum exempla

Catonis præclarum præceptum imperij regundi.

docent. Cato ſenior eos qui imperij tranquillitatem atq; diu- 13
turnitatem retinere cupiebāt,adhortari ſolitus dicitur, ut par
cius ſua poteſtate uterentur, complecterēturq; ſubditos ſuos
beneuolentia potius,quàm poteſtatis ſeueritate. Porrò Anti- 14
gonus rex Macedonum, cum ab amicis rogaretur, ut ſi Athe-
nas in ſuam ditionem atq; poteſtatē reciperet, eas ualidis præ-
ſidijs munire uellet: reſpondit, ſe potius ſequi uelle atq; com-
plecti omnes beneuolentiæ partes, quàm imperij diuturnita-
tem in armis atq; præſidijs collocare: propterea quòd nullum
firmius regni præſidium foret,quàm ciuium beneuolentia. Et

Ageſilaus. a in Apophth.

Ageſilaus, ut Plutarchus eſt autor,[a] dixit, ideo Spartam ciui- 15
tatem nullis mœnibus cinctam eſſe, quòd firmiſsima ciuitatis
mœnia forent, ciuium charitas,& fides non metu, ſed beneuo

Agaſicles.

lentia ciuium parta. Ita & Agaſicles Lacedæmoniorum rex,
cum à quodam rogaretur,quibus artibus quis ſine ulla uel mi 16
litum uirtute,uel præſidio tutò diuq; imperare poſsit: reſpon
dit,eum tutò imperare poſſe,qui ſit ſuo populo imperator, ut
pater ſuis liberis, quos beneuolentia atq; pietate magis in offi
cio retinere,quàm uerberibus cæſos in metum & ſuſpicionem
conijcere cupit. Ergo ſicut deorum, qui natura optimi ſunt, 17
proprium eſt, cunctis bene facere, nocere nemini uelle, quod

b l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iur. c l. 1. ff. de iuſt. c. nouit. ext. de iudic. c ſolitæ. ext. de maiorit. & obed. &c. d Pulchrè Reipub. Fulg. conſil. 22. f. l. 99. & fol 100. e 2. Reg. 15. f Daniel. 13. g 3. Reg. 5.

ipſum & cum iuſtitiæ definitione conuenit,[b] cum nulla uirtu-
te Princeps propius ad Dei maieſtatem accedat,quàm bonita 18
te atque beneuolentia,cum & Princeps iuſtitiæ præſideat,[c] &
Dei perſonam repræſentet:[d] inſidebit optimo cuique Princi-
pi perpetuò hæc uoluntas, ut in regundo populo ſummam a- 19
nimi prudentiam atque beneuolentiam exercere: cunctis,qui
uel hominum, uel temporum iniurijs afficiuntur, propenſam
alleuationem atque benignitatem declarare: & exemplo Ab- 20
ſolonis,[e] Danielis,[f] Solomonis,[g] aliorumq;, querelas populi
placidè, benignè, & ſumma cum pietate exaudire uelit. Nam
& Cicero ſcribit: Vt iuris æquabilem rationem teneamus,fa- 21
ciles nos in rebus cognoſcendis, in hominibus audiendis ad-
mittendisq; præbeamus, uniuerſum illud præclarum magis, 22
quàm difficile eſt: propterea quòd in nullo labore,ſed in qua-
dam inductione animi atq; uoluntate totum illud ſit poſitum.

VTILIS QVIDEM CORRIGENDIS MORIBVS malis, Principis ſeueritas, ſed tamen clementia mitiganda. Cap. XXI.

1 *Quo maiores inſidiæ Principi parantur, eo diligentius omnia clementia temperare,& affectuum moderatione lenire debet.*

2 *Multitu-*

2 *Multitudinis amor præcipuè excitatur clementia, benignitate, atq; manſuetudine animi.*
3 *Ii demum diu tutoq; imperant, qui clementia atq; placabilitate cuncta quæ corrigenda erunt, definire malunt, quàm metu ac ſuſpicione ſuſpenſos tenere ciuium animos.*
4 *Reipublicæ præfecto reſpiciendum, ne quid durius, uel remiſsius conſtituat, quàm cauſa poſtulat.*
5 *Vtilis corrigendis moribus malis ſeueritas eius, qui Reipublicæ præſidet.*
6 *Seueritas eſſe debet clementia & placabilitate animi temperata.*
7 *Ciues in officiorum religione, uirtutis magis amore, quàm metu pœnæ retinendi erunt.*
8 *Imperium ſemper diuturnius, charitate ciuium quod regitur, quàm ſeueritate.*
9 *Exempla & fœdiſsimæ calamitates eorum, qui ui atq; metu imperare uoluerunt.*
10 *Principem præcipuè decet clementia.*
11 *Quam clementiæ rationem temperationemq; habere debeat Princeps.*

1 QVO maiores uitæ inſidias in magna & depra-
uatiſsima morum licentia atq; deprauatio-
ne Princeps, & quicunq; ciuitatis guberna-
cula ſibi depoſcit, plerunq; ſemper ſuſtinere
ſolet: eo maior adhibēda eſt cùm in irrogan-
dis pœnis clemētia, ſiue lenitas, ſi ita uel per-
ſonæ, uel cauſæ, uel temporum qualitas poſtulet, tum etiam
2 affectionum moderatio in populo regendo.[a] Nam & multitu-
dinis amor atq; obſeruantia erga Principem ijs maximè uirtu-
tibus conciliatur, quæ ad clementiam, benignitatem, atq; man-
ſuetudinem animi referuntur.[b] Et ij demum diu tutoq; impe-
rant, qui pro ſalute Reipublicæ, & tranquillitate publica, cun-
3 cta quæ corrigenda erunt, definire placabilitate & clementia
malunt, quàm metu ciuitatem ac ſuſpicione ſuſpenſam tenere.
4 Fuiſſe hęc cauſa uidetur Marcello,[c] quamobrem ei qui iudicia
publica ſuſtineret, reſpiciendū putauerit, ne quid aut durius,
aut remiſsius conſtitueretur, quàm cauſa depoſceret. Vtilis
quidem in primis eſt corrigendis moribus malis, eius qui ur-
5 bium gubernacula tractat, ſeueritas, qua & Cato cenſor Ro-
manus diſſolutos, etiam libidine ac peccandi nequitia affluen-
tes mores, ad uitę continentiā conuertit: & Antiſthenes Athe-
nienſem iuuentutem, cuius immoderatæ atq; inſolentes uolu-
ptates in magnam morum ac uitæ turpitudinem ſe profunde-
bant, ad melioris uitæ frugem, doctrinæq; laudem excoluit.
6 Sed ea tamen eſſe debet clementia atq; placabilitate animi tem-
perata, ut ciues amore magis uirtutis, quàm odio, ac metu pœ-
7 næ, quæ honeſta, quæ iuſta & recta ſint, amplecti, colere, & re-
tinere uelint.[d] Vt enim nihil uel præclarius, uel firmius ad con-
ſtituen-

a Innocēt. in c. in noſtra. ext. de iniurijs & dam. dat. Iaſon in l. 1. lect. 2. C. de ſum. Trin. uerſ. ſecundò pondera. l. ſi uindicari. C. de pœnis. text. & inſigne exemplū in c. cum apud Theſſalonic. 11. quæſt. 3.

b Hoſtié. in ſumma de pœn. et remiſſ. §. ult. uerſ. ſed pone q. guerra. Ioan. And. et Ioan. de Imola in c. quanto. ext. de iureiur. c. nonit. ext. de indic.

c in l. reſpiciendum. ff. de pœn. Et Bald. refert, Principis pœnā in delictis eſſe arbitrariam, in l. cūctos popul. in princ. C. de ſum. Trin. & l. ult. ff. de ſenator. et l. legis uirtus. ff. de legib. Extant in hanc rationē Senecæ libri de Clementia.

d Scribit in hāc ſententiam pulchrè Hoſtienſ. in d. ſumm. de pœn. & remiſſ. Ioan. And. & Ioan. de Imola in c. quanto. extr. de iureiur. Angel. in l. conuentionū. C. de pact. Matth. de Affl. in tit. quæ ſint regal. per Imp. Fred. §. & bona committentiū crimen. num. 138. cum ſequentib. Iaſon in d. l. 1. lect. 2. C. de ſum. Trin.

ſtituendam imperij perpetuitatem fingi poteſt, quàm Princi-
pem, & eum qui Reipublicæ præponitur, propter multas &
præclaras eius in communem utilitatem uirtutes à populo di-
ligi, obſeruari, atque coli: ita ſtabilius diuturniusq́ eſt impe- 8
rium ſemper, amore & obſeruantia ciuiū quod regitur, quàm
quod ſeueritate, & ciuium ſuſpicione ac metu ſuſpenſum reti-
netur: ut præter cętera declarant fœdiſsima Dionyſij, Alexan
dri Pheræi, Demetrij, Phalaridis, Neronis, Syllæ, & aliorum 9
exitia. Ergo ſicut non alium magis, atq; Principē, referente Se
neca, clementia decet: uel, ut Cicero ait, nihil laudabilius, nihil 10
magno & præclaro uiro dignius eſt clementia atque benigni-
tate: uel denique Princeps non alia uirtute propius ad Dei ma
ieſtatem atque clementiam accedit, quàm ut poſsit & uelit ma
iore quadam de cauſa, pietate, miſericordia, atque clementia
in homines afflictos commoueri:[a] ita tenenda hæc temperatio 11
optimo clementiſsimoq; Principi, quam & Marcellus pręſcri
bit, ut in leuioribus cauſis pronior ad lenitatem eſſe, in grauio
ribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamēto be-
nignitatis ſubſequi uelit, maximè ſi hoc utilitas publica ad con
ſequendam atque retinendam pacem tranquillitatemq; com-
munem requirat:[b] uel ſi publicæ lætitiæ cauſa, qui in uinculis
atque ergaſtulis impacti fuerunt, eximantur:[c] aut id fiat pro-
pter generalem admiſsi ſceleris abolitionem:[d] aut ſi qua alia iu
ſta commiſerationis & clementiæ cauſa Principem ad clemen
tiam excitet atque impellat.[e]

a Mat. de Affl. de ſententia Archid. in loco ſtatim notato. & Luc. de Penn. in l. 1. in uerbo, diſtulerit. C. de deſertore. lib. 12.
b Innoc. in d. c. in noſtra. ext. de iniur. & damn. dat. & Hoſtien. in loco prænotato. Ioan. And. & Ioan. de Imol. in c. quanto. ext. de iureiur.
c l. 1. C. pub. læ.
d l. 2. C. de abo lit. general.
e Pulchrè Mat. de Afflict. in loco prænominat.

PRINCIPIS BONI PARTES ATQVE OFFICIA quæ ſint generatim. Cap. XXII.

1 *Præceptiones de officijs præcipuè commendantur orationis breuitate.*
2 *Princeps debet Reipublicæ ſalutē in ſua cuſtodia atq; tutela poſitam habere uelle.*
3 *Idem ex Dei uoluntate propendère, ad eamq; omnia ſua conſilia atq; actiones referre debet.*
4 *Principis ſenſus atq; cogitationes omnes in ſalutem Reipublicæ conuerti debent.*
5 *Religione uera labente, nullus Reipublicæ ſtatus florens diuturnusq; eſſe poteſt.*
6 *Princeps ex omni re nihil ſibi præter laudem publicam expetere debet.*
7 *Legibus nihil præſtantius fingi poteſt.*
8 *Vt leges iuſtæ ſint, Princeps omni ratione prouidere debet.*
9 *Voluntati Dei reſiſtit, quiſquis leges iniquas fert.*
10 *Principi cuncta erunt æquitate & iuſta temperantia definienda.*
11 *Ius omnibus æqualiter dicendum.*
12 *Princeps in omnibus cauſis ac rebus eam adhibere debet integritatem, quæ nec gratia, nec odio uarietur, ſed conſeruetur æquabilis.*
13 *Huius quoq; eſt, aliorum conſilijs rectis obtemperare.*
14 *Quæ ſpectare & retinere in omnibus ſuis actionibus Princeps debeat.*
15 *Princeps nullam uirtutis formam negligere debet.*

1 QVANDO præceptiones de officijs præcipuè commendantur orationis breuitate, quæ autem iuſti ac recti Principis partes atque functiones ſint, paulo antè ſimplici, eaq́ꝫ breuiſsima annotatione explicare conati ſumus: uiſum eſt, quæ ad eiuſdem Principis officia amplius pertinere uidentur, his paucis pręceptionibus contexere: ut quoniam is admirabili, & Dei erga nos clementis beneficio, Reipublicæ bene ac ſanctè gerendæ, adeoq́ꝫ urbium gu-
2 bernaculis tractandis præpoſitus eſt, omnes ut laborãtis Reipublicæ partes in ſua curatione, tutela, atque fide poſitas atq́ꝫ locatas eſſe uelit, [a] hanc cogitationem perpetuò habeat, etiam in hanc animi curam atque diligentiam incumbat, ut totus ex
3 Dei timore atque ueneratione propẽdeat, ad illius præceptiones atque uoluntatem omnia ſua conſilia, actiones, atque iudicia referat: omnes animi ſenſus, curam, atque cõmentationem
4 ad Reipublicæ gloriam atque ſalutem, ad honeſtatem publicam, utilitatesq́ꝫ communes conuertat: [b] religionem ueram ac puram innocentia uitæ, & doctrinæ laude colat, amplectatur, amet: etiam ut colatur, alijs præcipiat: quando ea labente atq́ꝫ
5 iacente, nullus Reipub. ſtatus fœlix florensq́ꝫ eſſe poteſt: [c] eccleſiæ Chriſtianæ dignitatem ab eorum propulſet atque propellat iniurijs, qui diuina inſtituta impio ſcelere uiolant atque
6 conuellunt: [d] nihil ſibi ex omni re, præter laudem & gloriam
7 publicam expetat. Leges ipſas bonas, quibus nihil pręſtantius fingi poteſt, [e] non ad priuatas animi affectiones, ſed Reipublicæ commoditates, populiq́ꝫ ſalutem referat: etiam ſibi innocentiæ, integritatis, atque temperantiæ legem ipſe indicat, quo &
8 rectius, & ſine cuiuſquam obiurgatione iuſta alijs imperare, & uiuendi leges præſcribere queat: [f] atque ut leges iuſtę atque æquæ ſint, omni diligentia prouideat. quando Dei uoluntati
9 reſiſtit, quiſquis uel leges iniquas indicit, aut conuellit bonas. [g] In corrigendis moribus, aut pœnis inferẽdis talem ſe præſtet, quales ſunt leges, quæ non odio, non gratia, non ulla cupiditate mala: ſed æquitate, temperãtia, & iuſta ſeueritate omnia defi-
10 niunt. [h] In iure dicendo (quod quidem omnibus æqualiter di-
11 cendum eſt) [i] eam adhibeat integritatem, quæ nec gratia, nec
12 odio uarietur, ſed conſeruetur æquabilis: iuſtitiam, cui præſidet, [k] ipſe publicè & priuatim colat. In rebus præclare gerendis longam animi prouiſionem, ac diligentem etiam conſulta- tionem

a Hoſtienſ. & Modern. in c. uenerabilē. ext. de elect. Aut. de conſtit. §. ult. coll. 4. et Aut. quomodo oport. epiſc. in prin. col. 1. c. ſolitæ. ext. de maioorit. et obed. c. nouit. ext. de iudic. Philip. Dec. cõſ. 689. uolu. 3. fol. 42. pag. 2. num. 23. Hẽning. God. conſil. 1. Marc. Mant. conſil. 1. num. 81.

b Loci ſuprà in hanc rationẽ ſunt notati.

c tot. tit. C. de ſum. Trin. & de ſacroſ. eccleſ. & quæ ibi notãtur. et Auguſtin. lib. 10. de Ciuit. Dei. Lactan. Fir. lib. 4. Diuin. inſtit. cap. 26. Cic. lib. 2. de Diuinat. Paulus apoſt. ad Roman & Corint. paſsim.

d Bart. in l. 2. C. de pagan. Innocent. in c. quod ſuper. in gloſſ. ſuper uerbo, pro defenſione. uerſ. poteſt etiã indicere bellum. ext. de uot. Alexand. in l. hoſtes. uerſ. hoc præmiſſo. ff. de captiuis.

e l. 2. ff. de leg.

f l. cæteræ. ff. familiæ herciſc. & 32. quæſt. 7. c. iniquũ eſt. et diſtinct. 86. c. 1.

g And. de Iſer. in §. ſimiliter poteſt. tit. de capit. qui curiã uend. allegãs Paul. ad Rom. cap. 11. & eod. in loco Mat. de Afflict. in rubr. quæ ſint regal. per Imp. Fred. num. 29. & 30. fol. 159.

h l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. & l. 2. ff. de legib.

i l. 1. l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. l. nulla iuris rat. ff. de legib.

k 2. Reg. 10. Mat. de Affl. in rubr. tit. de pac. tenen. num. 7. fol. 43. pag. 2. l. 2. ff. de iuſt. & iur. & idem Matth. de Afflict. in c. unico. in prin. tit. hic finitur lex Frederici. num. 12. fol. 54.

tionem adferat, ne ulla temeritatis culpa reprehendi[a] poſsit:
etiam aliorum conſilijs rectis obtemperet.[b] Mediocritatem, 13
conſtantiam, animi magnitudinem, atque æquabilitatem in
omnibus actionibus ſic ſeruet atq; tueatur, ne quicquam con-
trà, quàm deceat, feciſſe dicatur. Vbique meminerit, non ho- 14
minis ſe, ſed Dei atque Reipublicæ perſonam gerere: eoq; ip-
ſius peccata atque malè facta tanto fœdiora eſſe, & exemplo
magis nocere, quanto maiorem ipſe imperij poteſtatem atq;
amplitudinem ſuſtineat.[c] Ciuium erga ſe charitatem clemen- 15
tia, manſuetudine, atque benignitate excitet:[d] nullam denique
uirtutem negligat, quę in magnum & principem uirum cade-
re poſsit. Notæ ſunt, & alio etiam in loco à nobis traditæ eiuſ-
modi aliquot uitæ morumq; præceptiones: quas, ſi ita uidebi-
tur, intueri, ad earumq; imitationẽ effingere optimus quiſq;
ſe poterit. Et extãt in hanc rationẽ pleraq; multa Platonis, Ari-
ſtotelis, Plutarchi, Senecæ, Ciceronis, Ambroſij, Auguſtini,
Bartoli, Martini Landenſ. & innumerabilium propè aliorum
quoq; ſcripta, quorum lectio in primis utilis eſt moribus for-
mandis. Vehementer autem utiles ſunt eæ de informando re-
cto Principe, & inſtituendo milite Chriſtiano præceptiones,
quas cum ſingulari atque erudita pietate tradit Deſ. Eraſmus
Roterodamus: quibus cum nihil ſit uel pulchrius, uel elegan-
tius, putauimus ſatis eſſe, eorum nos officiorum pium & re-
ctum Principem in hoc paruo opuſculo commonuiſſe, quo-
rum uſus frequẽtius in populari acceſſu, ſenatu, ciuilibus con-
greſsionibus, ſenatus autoritate, & Reipublicæ ſplendore, iu-
diciorumq; ſeueritate uerſaretur.

a Clem. paſtoral. cur. de ſent. et re iudic. c. ubi periculum. de elect. lib. 6.
b text. diſtinct. 84. c. peruenit.
c c. nouit. ibi dd. ext. de iudic. & in c. ſolitæ. extr. de maiorit. & obed. text. in l. iubemus nullã na. C. de ſacroſ. eccleſ. Bald. de pace conſtant. §. 1. uerſ. debitã fidẽ. Martin. Land. in ſuo tractat. de princip.
d Vide Matth. de Afflict. in tit. de pac. tenen. & eius uiolat. Phil. Dec. part. 4. conſil. 580. num. 5. Marc. Man. conſil. 113. num. 10. et cõſil. 121. num. 7. Franciſ. Curt. conſil. 142. num. 10. fol. 71. part. 4. Vl. Zaſ. uol. 2. 10. 23. & 9. 13. et aliorũ ſcripta.

QVIBVS REBVS VEL CIVIVM CONCORDIA retineatur, uel excitetur charitas. Cap. XXIII.

1 *Ciuium concordiam atq; tranquillitatem, iuſtitiæ cultu retineri.*
2 *Iuſtitiam ſuo quaſi ambitu reliquas uirtutes omnes complecti.*
3 *Honeſtas ipſa, cuius ſenſu omnes commouemur, ſine iuſtitia explicari non poteſt.*
4 *Imperatores eos fœlices eſſe, etiam longè lateq; imperaſſe, non qui metu ſuſpenſos ciues tenerent, ſed qui iuſtitiæ explicatione omnes ciues in eadem uirtutis uo luntate retinuerunt.*
5 *Principis eſſe, tardius, quæ turpiter admiſſa ſunt, uindicare: & facilius, quæ emen dari poterunt, ignoſcere.*
6 *Reipublicæ perpetuitas in iuſtitiæ cultu poſita eſt.*
7 *Imperia omnia à Deo ſunt conſtituta.*
8 *Proprium eſt principum uirorum, quæ cum tranquillitate publica coniuncta ſunt, fortiter tueri.*
9 *Quarum rerum gloria Reipublicæ dignitas conſtituitur, quibus artibus ea para- tur, in ijs acquirendis plurimum operæ ponere debet Princeps,*
10 *Concordiam ciuium præcipuè excitari atq; retineri uero Dei cultu.*

11 Vt.

11 *Vt Dei prouidentia cuncta conſtituuntur, ita Principis eſt, ad illius uoluntatem atq; obſeruantiam omnes ſuas actiones conformare.*
12 *Fides, ueritas, concordia, quare maiorum inſtitutis dijs ſint conſecratæ.*
13 *Nuna Pompilius, ſimulato deæ Egeriæ congreſſu, ad religionis ſtudium atque cultum, Romanum populum excitauit.*
14 *Pax quid ſit.*
15 *Aequalitatem, quæ pacis atq; tranquillitatis altrix eſt, ſeruandam eſſe.*
16 *Princeps iuſtitiæ miniſter,*
17 *Princeps arcere uim omnem debet à Reipublicæ tranquilllitate.*
18 *Iniuſtitia ſumma Reipublicæ peſtis, urbiumq; exitium.*
19 *Nulla uitæ ſocietas ibi eſſe poteſt, ubi per uim omnia diripiuntur.*
20 *Salus Reipublicæ omnibus chariſſima eſſe debet.*
21 *Prouidere Princeps debet, ne ciues temerè inter ſe diſſideant atq; contendant.*
22 *Quatenus, qui in iudicio cõtendunt, ad concordiam & æquabilem tranſactionem conuertendi erunt.*
23 *Reipublicæ intereſt, non eſſe impunita ſcelera.*
24 *Valde prodeſt iudiciorum ſeueritas, quæ cum diſciplina publica eſt coniuncta.*
25 *Quæ contentiones celeri ſententia definiendæ erunt,*
26 *Iudiciorum ſeueritas nonnunquam clementia temperanda.*
27 *Proſpiciendum paci, & annonæ publicæ.*
28 *Breuis & compendiaria ratio charitatis ciuium, concordiæ, tranquillitatiſq; retinendæ.*

1 NVLLA perinde re tranquillitas publica, ciui-
umq; pax atq; concordia retinetur, atq; iuſti
tiæ cultu,[a] ſine quo nec ulla fœlix ac diuturna
Reſpublica eſſe poteſt: & quo neglecto, om-
nia regna, principatus, imperia plena ſunt fa-
2 ctionis, turbarum, & latrocinij. Cõplectitur
enim iuſtitia, quæ communi utilitate ſeruata, ſuum cuique tri-
3 buit,[b] reliquas uirtutes omnes:[c] neq; ipſa illa honeſtas, quam
omnes qui ueræ gloriæ ſenſu atque cupiditate trahimur, in-
tueri & ſpectare debemus, & cuius amore præcipuè commo-
uemur & impellimur, ut actiones noſtras atque ſtudia omnia
ſplendidè, conſtanter, & grauiter ſubire uelimus, ſine iuſtitia
explicari poteſt.[d] Vt non inſcitè Auguſtinus ſcriptum relique
4 rit,[e] eos demum Imperatores & Principes felices eſſe, non qui
longè lateq; imperio potirentur, ſed qui iuſtitiæ explicatione
ciues omnes in eadem uirtutis uoluntate retinerent: qui non
metu aut ſuſpicione ciuitates ſuſpẽſas, ſed æqualitate iuris con
ſeruatas retinerent:[f] qui tranquillitatis publicæ conſeruandæ
5 cauſa & tardius, quæ turpiter admiſſa uiderẽtur, uindicarent:
& facilius, quæ emẽdari poterant, ignoſcerẽt. Sicut & Paulus
Aphricanus, referente Cicerone, ideo Scipionem hortari ſole
bat, ut iuſtitiã & pietatem præcipuè coleret, propterea quòd
6 illa florentiſsimę Reipublicæ perpetuitas in iuſtitię pietatiſq;

a Mat. de Affl. in rubr. c. de pace tenen. & eius uiolat. Auguſtinus in lib. 4. de Ciuit. Dei. Luc. de Pen. in l. neminem. in uerbo, iuſtitiæ. C. de ſuſceptor. & archad. lib. 11.

b l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iure.

c Lactant. lib. 1. Inſtit.

d Obert. Matt. de Afflict. et alij, in præfat. in tit. de pac. tenen. & eius uiolat. & Iſeſon pulchrè in epiſtol. initio. ff. ueter.

e in lib. 5. de Ciuit. Dei.

Pauli Aphricani adhortatio.

f And. in procemio conſtitut. in 2. ſecunda chart. facit. 2. quæſtion. 1. c. ſcelus. & 23. quæſtion. 4. c. qui peccat. & 2. quæſtion. 5. c. non fruſtra.

cultu ſit poſita:[a] nec alia uel rectior, uel cõpendioſior ad Deum
uia eſſet, quàm omnes, qui ciuilis uitæ coniunctionem atq; ſo-
cietatem amplectantur, eadẽ iuris æqualitate retinere. Et cum
ipſa illa rerum mundiq; imperia admirabili atque diuina pru- 7
dentia à Deo ſint conſtituta, ut omnes humanæ uitæ actiones
in uirtutis atque officij religione continerentur:[b] proprium
etiam ſit regum, ac Principum uirorum, quæ cum tranquillita 8
te publica, ac ciuium concordia cõiuncta ſunt, magnis animis
amplecti atq; tueri:[c] pertinebit in primis ad Principis curam
atq; ſolicitudinem, ut quarum rerum dignitate ac gloria, Rei- 9
publicę ſplendor, ac tranquillitas publica retinetur, quibus ar
tibus ea comparari queant, ut in ijs amplectendis atque con-
ſequendis plurimum ponat & induſtriæ & laboris.[d] Sunt au-
tem eiuſmodi artes in omnes uirtutum formas collatæ, quas
hic referre ut neceſſe non habemus, ita breui hac annotatione,
quæ in uniuerſo hoc ſcripto nobis ſtudio fuit, commonere ſal
tem uoluimus, imperij perpetuitatem, adeoq; omnium con-
cordiam atque tranquillitatem maximè excitari atque retine 10
ri uero Dei cultu, qui iuſtitiæ caput, & præcipuum Reipubli-
cæ bene ac ſanctè gerendæ fundamentum eſt: quo diſſoluto,
nec ſuum quiſpiam retinere, nec tranquillam uitam agere po- 11
teſt. Vt enim Dei prouidentia, mente, & conſilio mundus, &
omnes eius partes initiò conſtitutæ ſunt, & perpetuò ad ſalu-
tem omnium, conſeruationemq; admirabiliter adminiſtran-
tur:[e] ita qui cæteris rectè imperare, & quos natura ciuili ani-
morum conciliatione, ac uitæ ſocietate cõiunxit, eos in floren
tiſsima pace retinere cupit, neceſſe planè habet, ut totum ſe ad
Dei uoluntatem, obſeruantiam atque uenerationem confor-
met, etiam ueræ religionis exemplo atque inſtituto plebem u-
niuerſam ad amplectendum uerum Dei cultum in pacis unita
te ac uinculo excitet atque impellat. quando & maiorum inſti 12
tutis ideo mens, fides, uirtus, concordia conſecratæ, & publi-
cè dedicatæ ſunt Deo, quòd eius agnitione & cultu mundus
uniuerſus & regeretur, & cõcordia retineretur.[f] Et T. Liuius
docet,[g] aſperam & rudem Romani populi ſeueritatem, ab om 13
ni religione neglectam, non alia re magis ad placabilem & ciui
lem uitę ſocietatem conuerſam eſſe, quàm Dei cultu atque ob-
ſeruantia, quam rex Numa Pompilius ſibi ſumpſit, ſimulata
deæ Egeriæ congreſsione. Cum enim pax, ſiue concordia ni- 14
hil aliud ſit, quàm animi tranquillitas cum amoris & charita-
tis uinculo conſociata,[h] quæ & ſimultates tollit, & eadem be-
neuolentia omnes complectitur: nulla autem uera animi tran
quillitas

a Andr. Obert. Matt. de Affl. in c. 1. tit. de pac. tenen. Luc. de penna in l. 1. in prin. C. de metropol. lib. 11.

b c. 1. tit. de pac. tenen. & eius uiolat. de feud. et in Aut. de inſtrum. cautel. & fid. §. 1. ibi, Igitur imperium Deus de cælo propterea conſtituit. tex. in epiſt. inter clar. C. de ſum. Trin.

c 33. quæſt. 5. c. regũ. & notatur in d. epiſt. inter claras. C. de ſumma Trinit. & c. apoſtolicæ. de re iudicat. lib. 6. & lib. Reg. 2. ca. 10.

d Argumento ſunt, quæ notantur in Aut. ut omnes obediãt prouinc. iudic. §. accipiant. & quæ notantur in præfat. tit. de pac. te.

e c. 1. ibi amplif. DD. in feud. tit. de pac. tenen. & eius uiolat. & in d. epiſt. inter claras. C. de ſumm. Trin. & fid. cat.

f Cicero lib. 2. de Nat. deor.

g lib. 1.

h Auguſtinus de uerb. domini, cap. 158. Cicero in Philippic.

quillitas eſſe aut fingi poteſt, quæ non eadem ex uero Dei cultu atque agnitione ſit conſtituta: facilè intelligitur, concordiam atque tranquillitatē præcipuè excitari & conſeruari uero Dei cultu, ac cæteris præclaris animi uirtutibus: quarum cùm multæ & magnæ ſint ad retinendū ciuium amicas uoluntates, concordiam, & tranquillitatē publicam, tum ſanè uehemens mihi
15 res uiſa ſemper eſt, eandem tenere in omnibus cauſis ac rebus æqualitatem, quæ pacis atque tranquillitatis altrix eſt.[a] Nam & ibi iuſtitiæ partes omnes explicantur, ubi ſine iuſta cuiuſquam læſione, & honeſtè uiuitur, & ſuum cuique tribuitur.[b] Nec uſquam omnes iuſtitiæ partes magis explicantur, quàm ubi iuris æqualitate cuncta definiuntur.[c] Quo etiam maior cura, & perpetua quædam conſeruandæ tranquillitatis publicæ uoluntas inſidere optimo cuique Principi debet, ut pro ſua in
16 Rempublicam deuotione iuſtitiam, cuius miniſter eſt,[d] & ipſe colat, & in ea retinenda cunctos compeſcat: eamque conſeruet æqualitatem, in qua concordia præcipuè reſidet:[e] etiam uim
17 omnem, & quicquid contra quietem publicam inuehi poſſit,
18 arceat:[f] iniuſtitiam, quam Plato[g] ſummam peſtem, & præcipuum regendarum ciuitatum exitium eſſe ſcribit, nec ipſe faciat, nec ut inferatur, ſuſtineat: propterea quòd nulla ibi ci-
19 uium concordia, nulla æquabilis uitæ ſocietas, nulla tranquillitas eſſe poteſt, ubi per uim, iniuſtitiam, & oppreſsionem cuncta quę uel libido, uel morum licentia ſuadet, geri ſoleant.[h] De-
20 bet enim omnibus, qui communi uirtutis uoluntate commouentur, chariſsima eſſe cùm ſalus Reipublicæ, quæ concordia maximè retinetur, tum etiam charitas ciuium: cuius ſtudium ita ſibi ſumere debet Princeps, ne temerè, aut friuolis de cauſis
21 ſinat ciues inter ſe contendere.[i] quando ipſa illa iuſtitia, omnis tranquillitatis parens atque alumna, præcipuè alitur atque retinetur communi beneuolentia atque concordia. Ac proinde cum inter erudita aliquot, & iuris cùm publici, tum priuati ſcientiſsima ingenia quæſtionis eſſe ſoleat, quatenus is qui uel Reipublicæ ſummam tenet, uel magiſtratum gerit, qui uehementi odio, atque hoſtili diſſenſione inter ſe dimicant, reduci ad æquabilem aliquam cōcordiam poſsint:[k] ualde probabilis corum ſententia uidetur, quotiens de retinēda trāquillitate publica aduerſus certorum hominum inſidias atque ſeditiones agitur, aut etiā maior aliqua cauſa poſtulat, ut lites diſſenſionesque æquabili aliqua tranſactione atque concordia dirimantur, totiens ad partes eius qui & Reipublicæ, & urbiū gubernacula

g 2 tractat,

a c. nouit. extr. de iudic. c. cum inter. ext. de except. l. ſi cū dies. §. ſi arbiter. ff. de recept. arbitr. l. prouidendum. C. de poſtulā. gloſ. ſingula. in clem. 1. de teſtib.

b l. iuſtitia. uerſic. 1. ff. de iuſtit. & iur.

c d l. prouidendū. C. de poſtul. et gloſſ. in clem. 1. de teſtib. pulchrè text. in c. cum inter. extr. de except.

d l. 1. ff. de iuſt. & iur. Matth. de Affl. in rubr. de pac. tenen. nu. 71

e And. et Matt. de Affl. in c. 1. de pac. tenen. num. 35. & 36.

f l. congruit. ff. de offic. præſid. et quæ ibi etiā in l. 1. C. de Irenarchis, lib. 11. notantur.

g in lib. 5. de Republ.

h Luc. de Pen. in l. 1. in prin. C. de metropol. lib. 11. & quæ notantur in l. 1. C. de Irenarch. lib. 11. & 23. quæſt. 1. c. paratus.

i l. æquiſsimū. ff. de uſufr. Bald. in l. legatū ciuit. ff. de uſufruct. legat. & in l. 1. C. de nuptijs. & l. 1. C. de cōmun. ſer. manumit. Alex. in l. athlet. n. §. item etſi quis. ff. de ijs qui infam. notantur.

k Bart. in l. furti. §. ſi iuſſu. ff. de his qui notantur infam. DD. in l. 1. tit. de treug. & pac. & cap. 1. de pactis. DD. in c. ab arbitris. de offic. iudic. delegat. lib. 6. Lucas de penna in l. 1. C. de Irenarchis lib. 10.

tractat, pertinere, ut quos ſua autoritate atque iuriſdictione 22
compeſcere poſsit, eos non patiatur concitato & libidinoſo
animi furore ad arma atque rixam prolabi:[a] cum hac tamen
moderatione, quæ ſemper & ubique tenenda erit, ut ſi cauſa
criminalis ſit, ad publicam animaduerſionē pertinens, etiam
in iudicio inchoata & conuicta, eam ſententiæ ſeueritate defi- 23
niat: propterea quòd & Reipublicæ intereſt, non eſſe impuni
ta ſcelera.[b] & ualde prodeſt ea iudiciorum ſeueritas, quæ cum 24
diſciplina publica eſt coniuncta. quando à Marcello rectè &
prudenter ſcriptum eſt,[c] nec ſeueritatis, nec clemētiæ laudem
affectandam: ſed perpetuo iudicio, prout quæq; res expoſtu-
lat, ſtatuendum eſſe. Si uerò cauſa ſit ciuilis, de qua iudicium
acceptum non ſit, aut ita in iudicio definiēda ueniat, ut ſenten-
tiæ ſeueritas maiorem aliquem tumultum, & tranquillitatis
perturbationem inuehere poſsit, danda in primis opera, ut æ-
quabilis tranſactio ad retinendam tranquillitatem publicam
interponatur:[d] cum alioquin ciuilis cauſa, quæ in iudicio pen-
det, ſi non magnum incommodum priuatis publicisq; rebus 25
inferat, celeri ſententia erit definienda.[e] Itaque ad communem
ciuium concordiam & tranquillitatem publicam quoq; perti
net, ſi cauſa, perſona, res, aut communium temporum conuer
ſiones ita poſtulent, ipſam illam iudiciorum ſeueritatem non- 26
nunquam clementia temperare:[f] proſpicere non ſolùm paci,
ſed etiam annonæ publicæ, quæ æquabili & iuſta precij mode 27
ratione conſeruatur.[g] Sicq; breuis hæc, & compendiaria reti-
nendæ concordiæ, charitatis ciuium, tranquillitatisq; publicæ 28
ratio, ut Princeps, & quicunq; magiſtratum gerit, omnes ſuas
actiones ad Dei cultum atq; iudicium conformet: in Republi-
ca caſtè, integrè, & ſanctè uerſetur: nihil iracundè, nihil impo-
tenter, aut cupidè agat, ſed cuncta æqualitate iuris atque tem-
perantia definiat: legesq; bonas non ad ullam animi intemperan
tis libidinem, ſed populi ſalutem conuertat: ciuium fortunas
conſilio gubernet, modeſtia temperet, uirtute conſeruet: acer
bas diſſenſiones nec ferat, & quauis benignitate, aut etiam iu-
diciorum ſeueritate compeſcat: omnes laborantes & ægras
Reipublicæ partes in ſuam fidem atque tutelam recipiat: ad
casq; officiorum formas ſe effingat, quas præter alios optimè
deſcribit M. T. Cicero.[h] Sic enim futurum, ut & Reipublicæ
ſplendor atq; tranquillitas, & ciuium concordia atque chari-
tas facilè poſsit retineri.

a d.l. æquiſsimum. & quæ notantur in c. ex parte. ext. de ſequeſtrat poſſ. & fruct. & in c. bis. ad fin. ext. de maior. & obed. c. querelam ext. de ſymonia. & 50. diſtin. c. oſtēdendū. & l. congruit. ff. de offic. præſid.
b l. ita uulneratus. ad finē. ff. ad l. Aquil. l. operis. C. de pœnis. & l. ſi uindicari. ff. ad l. Aquil. Matt. de ... ffl. in c. ſi miniſtrales. tit. de pac. tenen. num. 4. 5. 6.
c in l. reſpiciendū. ff. de pœnis.
d c. 1. ext. de mutuis petit. & in A... ut diff... iudic. §. ſi tamē. & in § poſt operis. ff. de oper. no... nunciat. l. denunciamus. C. de l. ... qui ad eccleſ. confugiūt. & in Aut. de mandat. princ. §. ſed neq.
e l. properandum. in princ. C. de iudic. & in Aut. de defenſorib. ciuit. §. audiēt. l. de qua re. ff de iudic.
f l. aut dict... aut f... ff. de pœn. & Greg. Pontifex in moralib. 20. lib. part 4. cap. 6.
g text. in c. poſt ... itale tit. de pace tenen. & eius ... ibi quoq; Andr. per l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. commun. præd. l. ult. ff. ad l. Iul. de anno. l. 1. §. cura carnū ff. de offic. præfect. urb. Bart. in l. annonam. ff. de extraord. crimin.
h in lib. Off. c. Et extant in hanc rationem quidam loci. 11. quæſt. 3. c. nolite timere. clement. paſtoral. cura. de ſentent. & re iudic. c. ſuſcepti regim. & 23. quæſt. 5. c. regum. & c. adminiſtratores, &c.

QVAE

QVAE RES PRAECIPVE POPVLI CIVIVMQVE animos in Principe offendant. Cap. XXIIII.

1 *Legem innocentiæ ſibi indicit, qui mores aliorum corrigit.*
2 *Principis uirtute ſubditi facillimè excitantur.*
3 *Iuſtitia in Principis cuſtodia eſt collocata.*
4 *Iniuſtitia, de ſententia Platonis, pernicioſiſſima ciuitatis peſtis.*
5 *Societatem ciuilis uitæ dirimit, qui iniuria eum, quicum naturæ cognatione coniunctus eſt, afficit.*
6 *Nimia imperandi uindicandiq; ſeueritas adeò obtemperantiam non excitat, ut etiam ciues eius indignitate inſolentius renitantur.*
7 *Modeſtia in magnis & principibus uiris ſemper laudi fuit.*
8 *Antigoni regis obiurgatio in filium, qui intemperanter de ſuis uindictam ſumpſit.*
9 *Omne nouitatis ſtudium plebem offendit.*

1 INNOCENTIAE, adeoq; uirtutum omnium
legem cum is ſibi indicat, qui aliorum mores,
& quæ turpiter atq; malè fiunt, ſumit corri-
genda:[a] cauere magna diligentia optimus re-
ctiſsimusq; Princeps debet, ne ei uſmodi ui-
tia uel cõmittat, uel in ſe habeat, quorum de-
formitate atq; odio ciuiũ animi offenduntur: propterea quòd
2 illi Principis ſui innocentia, optimarumq; uirtute atque laude
ad omnem honeſti cupiditatem atq; gloriam magnopere exci
tantur, nec ulla re perinde, atque uitioſi Principis indignitate
3 offenduntur. Eſt autem in Principe, in cuius cuſtodia ipſa iu-
ſtitia poſita eſt,[b] in primis deteſtabile, tetrum, & immane ui-
4 tium, ipſa illa iniuſtitia, quam Plato[c] pernicioſiſsimam ciuita-
tis legem eſſe dicit: propterea quòd is omnem humanam ſocie
tatem dirimit atq; uiolat, qui iniuria eum, quicum naturæ co-
5 gnatione coniunctus eſt,[d] illiberalitate afficit.[e] Nec minus in
Principe reprehendenda nimia illa, & quædam tanquam im-
6 placabilis imperandi uindicandiq; ſeueritas, quæ populum
non ſolùm impellit ad obſequendum et obtemperandum, ſed
nonnunquam in eam etiam pertinaciam adducit, ut prçfractè
reniti, & quiduis ferre potius, quàm cedere uelit.[f] Et antea mo
nuimus, principi uiro cauendum eſſe, ne quid malitioſe, cupi-
dè, auarè, iracundè, iniuſtè, atq; impotenter faciat: ſed eam ſer-
7 uet atq; teneat modeſtiam, quæ ſemper magnæ laudi fuit. Ac
proinde diligenter quoque prouidendum Principi, ut cum is
reliquis omnibus prçclariſsimarum uirtutum laude atque di-
gnitate præſtare debeat, ne quid iracundè ac impotẽter in ma
gna uidelicet rerum poteſtate agat: ſed in ſumenda uindicta,
ad exemplum Antigoni regis reſpiciat: qui cum uideret filium
8 ſuum eos, in quos poteſtatem habebat, ferocius & inclemen-
tius tractare, commonuiſſe filium dicitur, ut humanius mo-

g 3 deſtiusq;

a 32. c. iniquum eſt. & diſtin. 86. c. 1. & illud Caton. Legẽ patere, quam ipſe tuleris. & rubr. ff. quod quiſq; iuris in aliũ cõſt. eod. ipſ. ut. argum. l. cætera. ff. famil. hercíſc.

b c. nouit. ext. de iudic. c. ſolit. ext. de maior et obed. text. in l. iubemus nullã nã. C. de ſacroſ. eccl.

c in dialogo 8. de Repub.

d l. ut uim. ff. de iuſtit. & iur.

e l. ită apud Labeonẽ. & tot. tit. ff. de iniurijs.

f l. reſpiciendũ. et quæ ibi notantur. ff. de pœn. l. obſeruare. ff. de offic. præſid.

Antigoni regis modeſtia.

deſtiuſcp ſe gereret:& quos poteſtate coercere poſſet,eos charitate, animiſq; benignitate ſibi uel conciliaret, uel in honeſta officiorum religione retineret, ſubiectis his uerbis: An ignoras fili,inquit,regnum noſtrum non imperiū, ſed ſplendidam 8
ſeruitutem eſſe? Pia certè commonitio,& digna quam Principes animo & memoria pertractatam habere uelint. Et quando populus partim publico,partim ſuo iure, moribus atq; inſtitutis utitur,ualde offendit omne nouitatis ſtudium, præſer 9
tim ſi eò noua uectigalia,[a] ſeruitutes, cenſus, & eiuſmodi inferantur:quorum inſolētia non ſolùm odioſa,uerùm etiam grauis atque moleſta populo uidetur. Et quoniam uitioſum eſt, & plenum offenſionis,quicquid à uirtute,à dignitate publica, à moribus bonis abhorret: facilè unuſquiſque intelliget, quibus præcipuè rebus populus uel afficiatur,uel offendatur.

a Mat.de Affl. in c.unic.tit.quæ ſint regal. per Fred. Imp. uerſ. uectigalia. num. 21.& Nicol.Bell. num 178.42.et idem 178.40.et Henning.Godē. 107.30.

MEDIOCRITAS AD VITAE VSVM referenda. Cap. XXV.

1 *Vtilis uirtus mediocritas.*
2 *Moderationem principi uiro in rebus gerendis neceſſariam eſſe.*
3 *Principis eſſe,cuncta non ulla animi libidine,ſed æquitate atque moderatione deſtinare.*
4 *Tanto unaquæq; uirtus illuſtrior,quanto propius ad moderationem accedit.*
5 *Apprimè in uita hominis utile,ne quid nimis.*
6 *Modus in re omni optimus.*
7 *Philoxeni pulchra ſententia de moderatione ſiue modo.*
8 *Medio tutiſſimus ibis.*
9 *Principis conſilia atq; actiones omnes referri debere ad mediocritatem.*

ILLVSTRIS admodū,& plena fauoris,etiam minuendæ inuidiæ utilis eſt uirtus, medio- 1
critas,[a] ſi ad ciuilis uitæ uſum referatur. Comprehendimus autem hoc in loco mediocritatis nomine eam quoq; uirtutem, quam Græci σωφροσύνην, Cicero[b] tum temperantiam, tum moderationem appellat,uirtutem non minus principi uiro in rebus gerendis neceſſariam,quàm uel uirtus, uel magni- 2
tudo animi eſſe poſſit, ut Iulius Cæſar quidē exiſtimat.[c] Nam ſicut illa iacentes animos noſtros quibuſdam uirtutis ſtimulis, etiam poſteritatis ſenſu ad magnarum rerum gloriam, & laudis pulchritudinem ſempiternā excitat: ita hæc nos in officiorum genere retinet, ne quid intemperanter, ne quid temerè, aut impotēter faciamus: ſed ut omnia potius ſtudia noſtra ad honeſti laudem, conſeruata æqualitate, referamus: non uoluptatum libidine, non infinita habendi cupiditate, non inſolente illa honorum ambitione nimia: ſed cuncta, quę ad ciuilis 3
uitæ

a Speculat. tit. de aduocat. §.6. uerſ. modus igitur. Bald. in l. ſed etſi quis. C. commun. de legat. b lib.1.Offic. c in lib.7.Specul. et Bald. in loco prædicto. Et mediū quandam uiam in rebus agendis eligēdam eſſe, docēt quoq; gloſſ. in l. Neſennius ff. de negoc. geſt. & facit l. rem nō nouā C. de iudic. gloſſ. in l. ſolent. §. ult. ff. de off. c. procōſ. et legat. Inſtitut. de rer. diuiſ. §. cū alien a. l. antiqui libero uentr. ff. ſi pars hæredit. petatur. & in Auth. de conſulib. §. 1. & Bald. in d. l. antiqui. beat. Thom. ſecunda ſecundæ. quæſt. 144.

uitæ coniunctionem pertinent, naturali æquitate definiamus.
Hæc excurrentes animorum percuſsiones ratione reflectit,
hęc immoderatas cupiditates noſtras æquabili temperatione
conſtringit: hæc demum, quale ſit ipſum illud honeſtum, cu-
ius laude ac gloria optimus quiſq; ducitur, uſu ipſo declarat.
4 Recteq; dictum eſt ab Ariſtotele,[a] tanto unamquamq; uirtu- a in lib. 4. Politic.
tem illuſtriorem uideri, quanto propius ad mediocritatē acce
5 deret. quando & Poeta comicus ſcripſit,[b] apprimè in uita ho- b in Andria.
minis utile eſſe, ne quid nimis. Et Poeta,[c] c Horatius.
6 *Eſt modus, inquit, in rebus, ſunt certi deniq; fines,*
Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.
7 Philoxenus, cui cognomen Pternocopis, ideo dixiſſe fertur,
nauigationem amœniſsimam eſſe iuxta terram, & ambulatio-
nem iuxta aquam, ut indicaret idem quod Poeta,[d] medio ui- d Ouid. Metamor. lib. 2.
8 delicet nos tutiſsimos ire: nec ulla re conſtantius diutiusq; re-
tineri ciuilem humanamq; uitæ ſocietatem, quàm mediocrita
te: cuius ut magnus & præſtans, ita quoq; difficilis eſt uſus. Ea
9 tamen maximè decet Principem, ut in magna poteſtate, ac ma
iore quadam rerum licentia intelligat omnia conſilia, cogita-
tiones, atque actiones ad laudabilem aliquam mediocritatem
eſſe referendas.

CVM AD PRINCIPIS AEMVLATIONEM FACIlè omnes effingamur, cauere oportet Principem, ne exemplo malo noceat. Cap. XXVI.

1 *Ea eſt in homine rationis excelſitas, ut parère nemini, niſi rectè & legitimè imperanti uelit.*
2 *Principi parendum legibus erit, quas ipſe alijs indicit.*
3 *Princeps cæteris exemplo eſſe debet bene recteq; uiuendi.*
4 *Omnes facilè ad Principis imitationem æmulationemq; effingimur.*
5 *Auguſtini ſententia, de Principis exemplo.*
6 *Exempla quid ſint.*
7 *Sicut liberi ad parentum, ita ciues ad Principis ſui æmulationem atque exempla deducuntur.*
8 *Vehemens res eſt ad præparandos mores, iuſti Principis exemplum.*
9 *Plebem mirabiliter affici erga ſui Principis, in cuius tutela eſt, æmulationem.*
10 *Quo illuſtriores Principis actiones ſunt omnes, eo diligentius cauere debet, ne uitia inferat ipſe, aut ea impunita relinquat.*
11 *Magnum & præclarum eſt, cæteris uiuendi leges præſcribere poſſe.*
12 *Ouidij carmina de Principis exemplo.*
13 *Socrates hanc uiam ad gloriam proximam eſſe dicebat, ſi quis ageret, ut qualis uulgò haberi uelit, talis ipſe eſſet.*
14 *Exempla magis mouent, quàm uitæ præcepta.*
15 *Orbis hic nihil magnum aut præſtans habet, quod non imitatione & exemplo conſtet.*
16 *Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe*
Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.

17 Clau-

17 *Claudiani poetæ carmen in eandem ſententiam.*
18 *Vitioſus Princeps non ſolùm uitæ turpitudine conſpurcatur, ſed uitia quoq; in ciuitates & populi animos infundit.*
19 *Quod in priuatis hominibus error, idem in Principe flagitium dicitur.*
20 *Quæcunq; mutatio morum in Principibus extat, eadem in populo ſecutura eſt.*
21 *Quod exemplo fit, id iure fieri putant homines.*

CVM ea ſit in homine rationis quædam excel- 1
ſitas, ut parêre nemini, niſi iuſtè ac legitimè
imperãti uelit: oportet eum qui ad Reipubli-
cæ adminiſtrationem accedit, in hanc curam
diligentiamq; incumbere, ut cùm ipſe legi-
bus, quas alijs indicit, pareat,[a] tum etiam om 2
nibus magnis & excellentibus animi uirtutibus egregiè ante-
cellat, & tanquam bene rectèq; uiuendi exemplo cæteris ſit.[b]
Nam omnes qui uel communi naturæ ſenſu, uel honeſti cupi- 3
ditate commouentur, nulla perinde re, atq; eius qui ſibi impe
ria, ac urbium gubernacula ſumit, imitatione atq; exemplo ad 4
laudem atq; honeſtatem impelluntur. Et natura adfert, ut qui
cæteris imperare uelit, ei, ſi uitioſus ſit, ab omni honeſtate ne-
glectus, mens humana parêre nequeat.[c] Requirit & hanc pæ- 5
dagogiam ab omnibus ijs qui ad Reipublicæ adminiſtratio-
nem accedunt, diuus Auguſtinus,[d] qui ad innocentis hominis
officium pertinere ſcribit, non ſolùm malum nemini inferre,
uerùm etiam à peccato cohibere, uel peccatum punire: ut qui
prius odio habetur, corrigatur experimento, aut alij terrean-
tur exemplo. Sunt enim exempla quædam quaſi uitæ ac ratio- 6
nis documẽta, quibus permota mens humana, & quaſi rerum
imagine percuſſa, uehemẽtius ad æmulationẽ imitationemq;
cuiuſcunq; uel uirtutis, uel turpitudinis impellitur. Et quem-
admodum liberi præceptis parentum imbuti, plerunque ſem 7
per ad eorum morem atque conſuetudinem, ut ille ait,[e] dedu-
cuntur: ita ſanè uulgus hominum libentius ſe ſolet ad ſui Prin-
cipis imitationem effingere: uel, ut Poeta ait,[f]

Scilicet in uulgus manant exempla regentum.

Et ſanè uehemens quiddam eſt ad præparandos mores, ac ui- 8
tæ innocentiam conſtituendam, iuſti Principis exemplum: in
cuius æmulationem, tanquam ſpeculum quoddam humanæ
uitæ, ſubditi ciues oculos, mentes, atq; animos defixos habere 9
ſolent. Afficitur enim mirabiliter plebs eius Principis, in cuius
tutela poſitus eſt, uel laude, ac præſtantiſſimarum uirtutum
gloria: uel indignitate earũ rerum quæ turpiter, & malo cum
exemplo fiunt. Ac proinde quo illuſtriores ſunt eius actio- 10
nes, qui ſibi omnes Reipublicæ partes prudentia, conſilio,
præſtan-

a 32. quæſt. 7. c. iniquum eſt. et diſtin. 86. c. 1. & in c. 1. tit. de alienat. feud. in uſib. feud. Mar. Mantua cõſ. 121. num. 175. & tit. quod quiſq; iur. in al. ff. & illud Catonis, Patere legẽ quam tuliſti.

b Bart. in l. apud Iul. §. uerũ. num. 2. ff. ad ſenatuſc. Trebel. & 2. quæſt. 7. C. cũ paſtoris. et 1. qu. 1. c. uiliſſimus. Hẽning. Goden. conſil. 22. num. 11. fol. 65.

c Vulgare eſt illud d. Catonis, Patere legẽ, quã tuleris. & to. tit. ff. quod quiſq; iuris in al. dic. etc.

d in lib. de Ciu. Dei. & habetur 23. quæſt. 5. c. nõ eſt. & idẽ, uidelicet peccãdi occaſionem adimendam eſſe, probatur in c. ſedes apoſtolica. ext. de reſcript. & in l. in fund. ff. de rei uendic. per Marcũ Man. conſ. 12. ad fin. et paſſim.

e Cicero in lib. Offic.

f Claudianus.

præſtantiſsimarumq́ue rerum inſtitutis ſumit tuendas, qui ciuitates legibus fundat, qui cuncta iure, æquitate ac legibus definit: eo magis caueat, ne uitia aut ipſe habeat, aut in alijs impunita ferat: ſed omnem ut animi commentationem, ingenij uim atq; operam in amplectenda præſtantiſsimarum rerum gloria, in retinenda dignitate publica, præcipuè uerò in colenda illa rerum domina ac regina iuſtitia, qua ſuum cuiq; conſeruata æqualitate tribuitur, [a] ſtrenuè ponat. Magna & præclara res
11 eſt, cæteris uitę ac morum leges præſcribere, omneſq́ue in honeſto officiorū genere, ciuilibuſq́ue actionibus retinere, etiam in quandam omnium uirtutū admirationem conuertere poſſe. [b] ſed huius facti pulchritudo ei debetur, qui cæteris omnibus benè honeſteq́ue uiuendi eſt exemplo.

12 *Sic*, inquit poeta, [c] *agitur cenſura, & ſic exempla parantur,*
Cum iudex, alios quod monet, ipſe facit.

13 Et ſicut Socrates hanc uiam ad gloriā proximā eſſe dicebat, ſi quis ageret, ut qualis uulgo haberi & dici uelit, talis ipſe eſſet: ita qui Reipublicæ clauum in maiore quadam uiuendi libidine atq; licentia, etiam morū deprauatione tenere cupit, magna animi elatione hāc ſibi laudē expetat, omnes ut ex ſuæ innocentiæ, continentiæ, uirtutūq́ue omniū cùm æmulatione, tū quoq; admiratione habeat propēdentes. Nam & natura comparatū eſt, ut magis moueant exēpla, q̄ uitæ præcepta. [d] neq;
14 hic orbis quicquā retinet uel dignitate pręſtans, uel laudis pulchritudine excellens, quod nō idem æmulatione quadam atq;
15 exēplo conſtet. Vt igitͬ omnis peccati turpitudo tanto fœdior habetur, quanto maior eſt is qui peccat: [e] uel, ut poeta ait, [f]

16 *Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe*
Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.

Vel ut Claudianus poeta ait:

17 *Hoc te præterea crebro ſermone monebo,*
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe
Facta palàm, nec poſſe dari regalibus uſquam
Secretum uitijs. nam lex altiſsima facti,
Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſq́ue per omnes
Intrat, & obſtruſos explorat fama receſſus.

Facillimè etiam plebs ſe ad Principis ſui, uel eorum quibus cum uiuit mores effingit: [g] ita hanc legem uitæ ſibi præſcribat Princeps, ut quorum ſalutē in tutelam ac fidem ſuam recepit
18 eis bene uiuendi, omniaq́ue præclarè agendi ſit exēplo. quando

a l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iur.

b Marc. Mãt. conſ. 213. num. 9. fo 132. et cōſ. 230. num. 7. fo. 130. Hemmingus Goden. cōſi. 10 22. num. 11. allegans et hanc rē 2. quæſt. 7. c. cū paſtoris.

c Ouidius 6. Faſtor.

d Ariſtot. 10. Ethicor.

e Cicero in Paradox. & probatur hæc ſent. 25. quæſt. 1. in c. nulli fas. & 25. diſtinctio. c. quia tua. et per Marcum Mãtuam. conſil. 1. 2. num. 109. fol. 80. pag. 2.

f Iuuenalis ſatyr. 8.

g Bald. elegāter, conſilio 71 par. 1. c. alleg. ds l. ſi conſortalis. C. de fortalib. lib. 12. c. literas. de præſumptio. & Z. ſim B. la. dū in tãtis. c. conſil. 15. nu. 9. fol. 261. part. 1.

h nullius

nullius hominis magis,quàm uitioſi Principis grauius & per nicioſius eſt flagitium omne: propterea quòd non ſolũ facino ris turpitudinem in ſe admittat,ſed uitia quoq; in ciuitates, in populi animos infundat,exemploq; malo uehemẽter noceat: 19
& quod in priuatis hominibus error, idem hoc in principe uiro flagitium habeatur. Nam ſicut Principũ cupiditatibus, ut Cicero ait, & uitijs,tota ciuitas infici ſolet, ſic etiam eadem emendatur & corrigitur eiuſdem continentia. Et quęcunque 20
mutatio morum in Principibus extat,eadem in populo eſt ſe-
cuta,quãdo, ut idem ſcribit,[a] quod exemplo fit,id iure fieri pu 21
tant homines.

a In lib. 4. Epiſtolar.

PRAECLARVM, SED TAMEN PERDIFFICI- le eſt, quod quiſque facit, id poſſe in maiore quadam morum licẽtia cunctis probari. Cap. XXVII.

1 *Magna eſt communium horum temporum uarietas, & omnis diſciplinæ ueteris inclinatio.*
2 *Difficile eſſe,quod quiſq; facit,id omnibus probari poſſe.*
3 *Principis eſt,rectum & confirmatum ſenſum in Republica gubernanda tenere.*
4 *Flexiles & inconſtantes eſſe hominum uoluntates.*
5 *Omnibus præclaris ingenijs,pulcherrimisq; factis facilius incumbit inuidia.*
6 *Magni & ſancti uiri ſæpe ſunt in falſam criminationem adducti.*
7 *Abſolon & Salomon citra culpam falſo accuſati.*
8 *Cato Romanus nocentiſſimorum hominum accuſationibus ſæpe impetitus.*
9 *Semper in propugnanda Chriſtiana Republica reperti Principes boni, qui impijs hominibus reſtiterunt.*
10 *Prudentis hominis eſſe,non ex inſipientium hominum ſermone, ſed conſcientia rectè factorum propendêre.*
11 *Virtus etiam in tenebris poſita,ſemper tamen ſplendet,et ſuã laudem ſecum adducit.*
12 *Cum quis rectè omnia egerit, nõ magnifaciendum,quid uulgus uel ſentiat,uel dicat.*

CVM in hac diſciplinæ ueteris graui inclinatio 1
ne, & quadam communium temporum rerumq; uarietate, ea ſit quorũdam hominum inſolentia, ut nec diſciplinã rectam ferre, nec ſuos errores agnoſcere queant: & ita ferè fit ſiue natura,ſiue fato, ſiue, quod ueriſimilius eſt, morum deprauatione ut eius qui in Republica bene gerenda, aliorum peccata & malefacta legibus ſibi corrigenda ſumit,diligentia offenſionem,negligentia reprehenſionem, ſeueritas odium, lenitas uerò et indulgẽtia contemptionem adferre ſoleant: facilè euenit, ut quod quiſq; pro ſua erga Rempublicam deuotione perpetua facit,id cunctis probari nõ poſ
ſe.[b] Nam ut magnorũ ac pręſtantiũ uirorum eſt,ſenſum rectũ 2
etiam præclaris rationibus confirmatum,in republica retine- 3
re,ad

b Marc. Mdt. conſ. 43. nu. 36. et nu. 37. extant in hanc ferè ſententiam c. inter uerba laudantium 11. quæſt. 3. et ibidem c. nolite timere. c ſtatutũ. §. inſuper. de reſcript. lib. 6. 2. quæſt. 6. c. hoc etiã placuit 3. quæſt. 7. c. iudic. & 14. quæſtio. 5. c. non ſanè. & in l. item ſi Varro. §. item ſi plures. ff. de recept. arbitr. l. ſi liberfamilias. l. obſeru. l. pars literarũ ff. de medicis, &c.

re, ad eius gloriam atq; dignitat uniuerſum induſtriæ ac doctrinæ uſum referre, hoc tueri, hoc ſpectare, hoc facere, non quod populare, ſed quod cũ dignitate publica ſit coniunctũ:[a] ita eſt tanta rerum, uoluntatum conſiliorum'que uarietas, ut
4 uulgus hominum, quorum flexiles ſunt uoluntates, nihil ferè probare ſoleat, quod non idem cum ſuis rationibus coniunctum eſſe exiſtimet. Tulit hanc ſcilicet legem natura, ut om
5 nibus præclaris ingenijs, pulcherrimis'que factis inuidia facilius incumbat: quæ ipſa tanquam peſtis ac lues quædam, nec rectè quicquam facere, nec alienam uirtutem ferre poteſt, ſed eius florem infringere conatur. Itaq; magni ac ſancti uiri, quorum actio omnis ad ueri Dei maieſtatem, ad ciuium ſalutem, ad Reipublicæ ſplendorem referebatur, in falſam ſæpe criminationẽ certorum hominum maledicentia ſunt adducti. Nam
6 & Dauid, cũ uniuerſam ingenij uim, ac poteſtatẽ ſuã in populi ſalutẽ conieciſſet, accuſatus nihilominus eſt ab Abſolõ, qua-
7 ſi iniquis iudicijs populum diuexaret. & Salomon cõtra rectè factorum conſcientiã, præclariſsimarumq; uirtutum documẽta, audire falſo coactus fuit, quòd populũ nimiũ grauaret. &
8 Cato Romanæ Reipub. princeps, in ſumma innocentię laude uehementer attritus eſt nocentiſsimorum hominum criminationibus falſis. Non deſunt alia eiuſmodi exempla, quibus probari potuit, omnibus magnis uirtutibus finitimam eſſe calumniam. Sed cum ſemper ſint reperti, qui in ſuſcipienda ac
9 propugnanda Chriſtiana Republica impijs hominibus fortiter reſtiterint, ut Helnathã, Dalaias, Gamarias, Abdemelech, & alij,[b] quorum experrecta uirtus, & conſtans in Rempublicam uolũtas, nulla tyrãnidis ui frangi potuit: cum ſapientium
10 magnorumq; uirorum proprium ſit, non ex inſipientium ſermone, ſed conſcientia rectè factorum pendere:[c] cum ipſa deni
11 que uirtus, etiam ſi præmio deſtituatur, ſuam tamen laudem atq; gloriam ſecum ducat:[d] ſatis putabit optimus quiſq; Prin-
12 ceps ad bene beateq; uiuendum eſſe, cum rectè ſenſerit, & fecerit omnia, non magnopere referre, quid uulgus hominum uel laudet, uel uituperet.

a l. bene à Zenone. C. de quadri. praeſcript. l. 1. & 2. C. ſi cont. utilit. publ. l. ſeruitutis. §. publico. ff. de ſeruitutibus. c. cæterum. extr. de reſcript. l. ſi autem. §. ſi flumen. ff. de aqua plu. arcend. l. iurisgentium. §. ſi paciſcar. l. im publicũ. l. inter debitorem. l. imperatores. ff. de pactis, &c.

b Hierem. 36. & 38.

c d. c. inter uerba laudant. 11. quaeſt. 3.

d Hemingus à Goden. conſil. 16. num. 25. fol. 50. & And. Alciat. in ſua oratione, &c.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE OFFICIO ET POTESTATE PRINCIPIS IN REPVBLICA BENE AC ſanctè gerenda, Liber Secundus, Iacobo Omphalio Andernacenſi Iureconſulto autore.

QVID CONFERANT PRAECEPTIONES DE officio & poteſtate Principis Cap. I.

1 *Inter omnia doctrinæ ſtudia nihil utilius præceptionibus de moribus atq; officijs, ac cuiuſq; poteſtate.*
2 *Literis bonis teneri iuuentutis animi mirificè ad humanitatẽ honeſtatemq; excitãtur.*
3 *Literæ bonæ omnium magnarum uirtutum fundamenta atq; incunabula.*
4 *Præſtat mores potius, quàm linguas eruditas habere.*
5 *Belua eſt, non homo, qui officiorum rationem non habet.*
6 *Reſpublica unicuiq; chariſsima eſſe debet.*
7 *Quales uirtutes eius ſint, qui in Republica integrè uerſari cupit.*
8 *Omnibus rebus gerendis adhibenda erit conſtantia & grauitas.*
9 *Quid brutis animantibus, quid homini à natura ſit tributum.*
10 *Omnis cogitatio motusq; animi in conſilijs honeſtè capiendis, ſtudia uerò in actionibus, quæ cum dignitate publica coniunctæ ſunt, ponenda erunt.*
11 *Nulla eius, niſi quod honeſtè factum ſit, gloria ſolida eſſe poterit.*
12 *Nulla uera laus rerum expetendarum uel fugiendarũ conſtitui poteſt, ſine certa officiorum ratione.*
13 *Præcipua prudentiæ pars in morum officiorumq; præceptionibus uerſatur.*
14 *Officium Conſulis cuiuſmodi ſit.*
15 *Præfecti prætorio officia atq; partes quales ſint.*
16 *Quæſtoris officium quale.*
17 *Ad præfecti uigilum curam quæ pertineant.*
18 *Proconſulis & legati officium.*
19 *Præſidis officium.*
20 *Procuratoris Cæſaris officium.*
21 *Quid exempla et præceptiones de moribus & officijs contineant, ſiue cõmoneant.*

INTER omnia doctrinæ ſtudia, quibus
uel Reipublicæ ſplẽdor illuſtratur, uel
humanæ ſocietatis coniunctio ad præ-
ſtantiſsimarum rerum gloriam excita-
tur, uel uitæ deniq; ciuilitas conſtitui-
tur, non alia ſunt & utiliora, & augu-
ſtiora, quàm ea quæ communes præce
ptiones de moribus, de Reipublicæ of-
ficijs, de uniuſcuiuſque functione atque poteſtate complectũ 1
a Docent hoc, quæ in lib. ff. et C. & paſsim de officijs extant.
tur.[a] Nam ſicut bonis literis, quibus teneri adoleſcentũ animi
ad omnem laudandarum artium cognitionem atque honeſta 2
tem publicam mirificè erudiuntur, nihil ex omni rerum pul-
chritudine fingi aut excogitari poteſt præſtantius, propterea
quòd ex certa quædam omnium excellentium atque magna-
rum

rum uirtutum rudimenta atque incunabula ſunt:ita præclari
3 us,magnificentiusq́ſemper habitum eſt,mores & aptas offi-
ciorum rationes potius,quàm linguas eruditas rectéq́ & libe
4 raliter inſtitutas eſſe. a Belluam ſiquidem,non hominem dixe-
ris, quiſquis officiorum deſcriptiones, uirturum formas, ui-
uendiq́ præceptiones animo atq; memoria nõ teneat pertra-
5 ctatas, b ad eaſq́ nõ ſit cùm inductione animi atq; naturę quo
dã impetu, tum uerò ſtudio atq; uſu adſuefactus: qui non inſi-
gni animi robore, & magnarum rerum ſtudio didicerit,in ſa-
lute ac dignitate Reipublicæ omnes curas atq; labores defigẽ
dos,& collocandos,neque quicquam præter honeſti gloriam
in omni uita magnopere expetendum fore,in eaq́ conſequen
da præſentes huius uitę uoluptates,paupertatis mala,exilium
atque mortem reſpuendam eſſe: qui ad eam officiorum ratio-
nem adſuefactus non ſit,ut intelligat, omnes qui in Republica
uerſantur, eadem temperatione retinendos,ius omnib.æqua-
liter,ſeuerè et diligenter dicendum:in Reipublicæ adminiſtra
6 tione,quæ quidem omnibus chariſsima eſſe debet, c ſenſum re
ctum &confirmatũ retinendum, etiam inſtituendis uel corri-
gendis aliorum moribus grauem & conſtantem diſciplinam,
7 eamq́ ſeueritatem adhibendam eſſe, quæ nec ipſa uitioſa ſit,
nec gratia,nec odio uarietur, ſed cõſeruetur æquabilis: d ubi-
que adhibendam quoq; eſſe conſtantiam & grauitatem, quæ
omnibus magnis & pręclaris factis ſuam tribuit dignitatem. e
8 Cum enim natura,quæ cæteris brutis animantibus coniun-
ctionis appetitum, ſtudiumq́ inquirendi & parãdi ea quæ ad
uitam corpuſq; neceſſaria ſunt,tribuerit, unũ tantũ homine,
tanquam præcellens animal, non ad paſtum & communem
coniunctionem,ut reliquas beluas,abijcere, ſed ratione atque
prudentia excolere uoluerit, ut quæ rerum anteceſsiones &
conſecutiones forent,quam uim optimarum rerum mens hu
mana complecteretur, qui officiorum gradus, atq; uirtutum
9 formæ eſſent, celeritate ingenij comprehendere,etiã animo et
memoria retinere poſsit:cũ nihil uehementius ſit ad pręparan
dam,nihil firmius ad cõſtituendam laudis æternitatem,quàm
meminiſſe & animo recordari,omnem cogitationẽ motumq́
animi noſtri ad conſilia,de rebus honeſtis, & ad bene beatéq́
uiuendũ pertinentib.capienda,cõuertenda, aut ſtudia noſtra
ad eas actiones referenda præcipuè eſſe,quæ cum dignitate ac
10 ſalute publica ſint coniunctæ.cum nulla iuſta atque ſplendida,
niſi eius quod honeſtè atque grauiter factum uidetur, gloria
11 eſſe poterit: nõ oportet eum qui Reipublicæ gubernacula ſibi

 depoſcit,

a text.in §. pe nult. in proœmio ff. et text. de Angeli ſentẽtia. in §. cumq; hoc.in proœmio inſtitut.et l. ſanctimus. C. de epiſcop. & cleric. et ſcribit in hãc rẽ pulchrè quoque Lactantius Firm. in princip. ſuarum Inſtitut. et Plinius Secund.in quadam epiſt. Quintilian.lib.1.

b Cicero multis,in lib.Officior.1.

c gloſſ.ſing.in c.cum conting. ext. de iureiur. qui Dominic. in c.ut animar. de conſtitut.lib. 6.allegat.

d 32. quæſt. 7. c.iniquũ eſt. & diſtinct.86. c.1.

e l.obſeruand. l.cõgruit. ff. de officio præſid.

depoſcit,aut in laude ac gloria populari uerſari cupit, negle-
ctum eſſe à uirtutum formis,& apta definitaq́ officiorum ra-
tione.[a] Siquidem nullus Reipublicæ florens ac felix ſtatus,
nulla ciuilis uitæ coniunctio atq; conſuetudo æquabilis, nul-
la rerū expetendarū aut fugiendarū laus,aut trāquillitatis per
petuitas,ſine officiorum ac morū præceptionibus,in quibus
prçcipuæ prudentiæ partes uerſanť, retineri poteſt. Vt enim
ipſa illa mundi elemēta,quib.hęc rerū uniuerſitas regiť & con 12
tinetur,certo quodam ſiue officiorum, ſiue functionum ordi-
ne ſuas retinent anteceſsiones, progreſſus & cōſecutiones: ita
in Republica regenda, niſi certæ præceptiones de moribus,
de officijs, & eorum ad quos Reipublicæ gubernacula defe-
runtur,poteſtate atque functione extent literarum monumē-
tis traditæ,confuſa erunt,& magnis erroribus perturbata om
nia,quæ uel fiunt uel proponuntur. Atq; hęc cauſa maioribus
noſtris,qui & legibus ciuitates fundauerunt,& conſilio, pru-
dentia, morumq́ ac uitæ inſtitutis eas gubernauerunt, fuiſſe
uidetur,quamobrem eorum partes, qui ad Rempublicam gu
bernandam accedebant, certis aliquot poteſtatis atq; officio
rum rationibus deſcriberent,quò & rectius,& prudentius u-
nuſquiſq;,quid honeſtum, quid decorum, quid Reipublicæ
utile atque ſalutare foret,& ipſe facere, & ut fieret, rectè alijs
præcipere poſſet. Sic enim ad Conſulis officium pertinere uo
luerunt,conſilium prębere,manumittere uolentibus:[b] ad prę 13
fecti prætorio,ut rectè pro ſapientiæ & dignitatis ſuæ luce,re- 14
mota omni appellatione iudicaret, læſis in integrum reſtitu-
tionem daret:[c] præfecti urbis, ut quod intra urbem & intra 15
centeſimum miliariū turpiter & facinoroſe admiſſum foret,
uel in accuſationem atque criminationem adduceretur, de eo
ſibi cognitionem ſumeret: qui male in tutela ſine cura uerſati
eſſent, uel euidēti fraude pupilli bona alienaſſent,eos puniret,
audiretq; ex interdicto quod ui aut clàm, aut interdicto unde
ui,[d] & eiuſmodi alijs. Quæſtoris uerò, ut ſolis libris principa- 16
libus in ſenatu legendis uacaret.[e] Præfecti uigilum, ut excu- 17
bias ageret, de incendiarijs, effractoribus, furibus, raptori-
bus, & receptatoribus, &c. cognoſceret.[f] Proconſulis & le- 18
gati, ut pro officij ſui ratione de cauſsis cognoſceret, inter pa-
rentes & liberos,patronos & libertos,ſententiā de plano dice
ret, aduocatos daret, laborantibus opitularetur,&c.[g] Præſi- 19
dis,ut & ſuos,& interdū extraneos homines,ſi quid mali com
miſerint, puniret, illicitas actiones, & uiolentias factas, uen-
ditiones & cautiones metu extortas, omniaq́ iniqua lucra re
moueret,

a Hoc Cicero, hoc Ambroſius in lib. Officiorum, hoc maiorū inſtitutiones paſſim docent.

b l. 1. ff. de offic. Conſul.

c l. unica. ff. de offic. præfecti prætorio.

d toto tit. ff. de offic. præfect. urbis.

e l. unica. ff. de offic. quæſtor.

f tot. tit. ff. de offic. præfect. uigil.

g tot. tit. ff. de officio. procōſul. & legat.

20 mouerct, purgaretq́ malis hominibus prouinciam.[a] Procu-
21 ratoris Cæſaris, ut partes Cæſaris tueatur.[b] Extant in hanc ra
tionem infinitæ præceptiones aliæ paſsim, quarum exemplo
commouemur, magnam uim ad bene beateq́ uiuendum, ad
retinendam dignitatem publicam, conſeruandamq́ æqualita
tem habere præcepta de moribus, de omnium hominum atq́
ordinum officijs, functione atq́ poteſtate. Sed nos tamen in
breuibus his commentarijs non omnes, ſed certas, easq́ utilio
res officiorum & poteſtatis partes, quæ principi conueniunt,
annotare tantum uoluimus.

PRINCIPIS POTESTATEM DVPLICEM eſſe. Cap. 11.

1 *Principis poteſtas alia ordinaria, alia abſoluta.*
2 *Princeps legibus alligatur.*
3 *Princeps animal rationis capax, etiam diuinæ & naturæ legi obnoxius.*
4 *Princeps ex clauſula, certæ ſcientiæ, ius alterius, etiam cum quadam illius læſionẽ tollere poteſt.*
5 *Principis priuilegium ex certa ſcientia conceſſum, reuocari non poteſt.*
6 *Abſolutæ poteſtatis definitio de ſententia Baldi.*
7 *Princeps actionum ſuarum omnium rationem Deo reddere cogitur.*
8 *Principis uoluntas pro ratione habetur.*
9 *Fundamenta iuſtitiæ præcipua ſunt, ne cui noceatur, & ut cõmuni utilitati ſeruiatur.*
10 *Quam temperationem optimus quiſq; Princeps in uſurpatione ſuæ poteſtatis tenere debeat.*
11 *Princeps ſuperiorem agnoſcens, non debet ſine cauſſæ cognitione poteſtatis ſuæ plenitudine uti.*

DVPLEX poteſtas Principi attribuitur, ordi-
1 naria uidelicet & abſoluta,[c] quarum illa com
monet, et efficit, ut Princeps naturę inductio
ne, honeſtatisq́ ſenſu ac cogitatione perpe-
tua commotus, profiteatur legibus ſe alliga-
2 tum eſſe.[d] Cum enim animal ſit rationis parti
3 ceps, teneaturq́ & diuina & naturæ, etiam rationis lege,[e] faci
le intelligit nihil ſumendum eſſe, quod non idem & honeſtum
ſit, & legibus bonis conſentiens: quando iuſto prę ſertim & re
cto Principi nihil committendum eſt, ſiue animi inductione,
ſiue poteſtatis plenitudine commoueatur, quod flagitij turpi
tudine implicetur.[f] Hæc uerò eam uim retinet, ut eius prærо-
gatiua inductus Princeps, omnia quæ nec diuino, nec natura-
li, nec gentium iure inducta ſunt, ex clauſula, certa uidelicet ſci
entia, & non obſtante, tollere, etiam in graue alterius præiudi
cium adimere poſsit.[g] Clauſulã ex certa ſcientia ideo dicimus,
4 quòd quemadmodum in Principis poteſtatis plenitudine po
ſitum eſt, conceſſum ſemel priuilegium etiam ſine cauſa reuo-
care,

a tot. tit. de offic. præſidis.
b tit. de offic. procurator. Cæſaris.
c Bald. in l. 2. C. de aqua et ſeruitut. Franciſc. Curt. conſil. 1. uol. 1. num. 19. fol. 3. pag. 2. & conſil. 184. uolum. 2. nu. 8. fol. 113.
d text. et gloſ. in l. digna uox. C. de legib. & conſtitutio.
e Bald. in d. l. 2. C. de ſeruitutib. & aqua.
f iuxta ea quæ notat gloſ. in d. l. digna uox.
g gloſ. communiter approbata in l. ult. C. ſi contra ius uel utilitatem publ. & l. quoties. C. de precib. imperator. offerend. et l. 1. ff. de conſtit. Princip. Innocent. et Canoniſt. in c. quæ in eccleſ. de conſtitutio. Franciſc. Curtius conſil. 1. part. 1. num. 19. & conſil. 174. part. 2. num. 10.

care,[a] ita ſi idem priuilegium ex certa ſcientia conceſſum ſit, re
uocari non poterit.[b] Baldus ſanè abſolutam poteſtatem defi- 5
nit, arbitrij plenitudinē, nulli uel neceſsitati, uel iuris publici
regulis ſubiectam aut limitatam eſſe.[c] Quæ autem utriuſque 6
poteſtatis tenenda ſit moderatio, ex his quæ ſubijcientur, ma-
gis apparebit. Inſidere autem perpetuò debet Principis ani-
mo hæc ſententia, Mens & uoluntas, ut cum actionum ſuarū
omnium rationem & uindictam Deo, in cuius poteſtate poſi 7
tus eſt, reddere cogatur:[d] quantumuis legibus humanis non
perinde ut alij conſtringatur, habeatq; uoluntatem rationis
atq; legis loco,[e] ne temerè quicquam uel conſtituere, uel con- 8
cedere uelit, quod alijs fraudi atq; dāno eſſe poſsit.[f] Nam cum
iuſtitiæ, cui præſidet, fundamēta precipue ſint, referente Cice
rone,[g] primùm ne cui noceat:[h] deinde ut cōmuni utilitati ſer-
uiatur,[i] uiolabit certè ius humanæ ſocietatis, ſi uel in ſe quip-
piam transferat quod alijs direptum ſit, uel læſione alterius at 9
que damno falſam benignitatis gratiā aucupari uelit. Et quo
facilius Principum uirorum animi magni atq; excelſi, ſplendi
diſsimaq; ingenia, in nimias illas imperij, honoris, potentiæ,
gloriæ cupiditates, ut idem ſcribit,[k] dilabi, atq; incumbere ſo
lent: hoc magis cauendum optimo cuiq; Principi, ne quid in
ipſa illa poteſtatis plenitudine peccet, aut nimia illa potentiæ
auctoritate inſolenter efferatur. Pertinet hoc quoque ad Prin
cipis curam, cauere diligenter, ne ſine cauſæ cognitione pleni
tudine ſuæ poteſtatis uti uelit, ſi agnoſcat ſuperiorē. alioquin
nullius momenti erit, quicquid contrà factum fuerit.[l]

a gloſ. ult. in l. decet. de reg. iuris lib. 6. Angelus in l Antiochenſium. ff. de priuileg. creditor. Franc. Curtius in d. conſil. 1. num. 19.
b Baribol. in l. conficiuntur §. codicillis. ff. de iure codicillor. et idem conſil. 26. quod incipit, ciuitatis Camerin. col. 2. Oldrad. 257. cuius initium eſt, Factum tale eſt col. 4.
c in d. l. 2. C. de ſeruitutib. et aqua.
d diſtinctio. 3. c. ioeam.
e 100. diſtinct. c. in memoria. et Eccleſiaſt. c. 8. & l. 1. ff. de conſtitut. Princip.
f l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. l. natura. de regul. iuris.
g in lib. Offic. primo.
h arg. l iuſtit. l ut uim. ff. de iuſtit. & iur. et l illicitas ff de offic. præſid.
i Panorm. pulchrè in c. cognoſcentes de conſtitutio num. 3.
k Cicero lib. 1. Officior.
l Philipp Dec. multa in hanc rem allegans, conſil. 371. not. ult. part. 3. fol. 35. pag. 2.

EASDEM ESSE ET PRINCIPIS ET REGIS partes: atq; actiones etiam cum ijs aliquot communes, qui Reipublicæ gubernacula tractant. Cap. III.

1 *Poteſtatis atq; officiorum cognationem quandam, inter Imperatores, Reges, Principes, Reipublicæ præfectos, & eas uniuerſitates, ciuitates, populumq; eſſe, qui iura Imperij retinet.*
2 *Quilibet rex dicitur prouinciæ ſuæ Princeps.*
3 *Quam ſibi poteſtatem in ſuo imperio ſumit Imperator, eandem ſibi Princeps in ſuo principatu uſurpat.*
4 *Donationem ab Imperatore ſuæ ipſius uxori factam ualere.*
5 *Imperatoris contractus legis uim retinet.*
6 *Principis contractus legis uim retinet, neque diſſolui poteſt, ipſius poteſtatis plenitudine.*
7 *Rex & Princeps eandem in ſuo quiſq; ſiue regno ſiue principatu habet poteſtatem.*
8 *Vniuerſitas & ciuitas quæ ſuperiorem magiſtratum non agnoſcit, idem in ſuo territorio ſtatuere atq; edicere poteſt, quod uel Rex uel Princeps in ſuis ditionibus.*
9 *Populus, qui iura imperij retinet, idem poteſt, quod uel Rex, uel Princeps.*

10 Pleræq;

10 *Pleræq; poteſtatis partes communes ſunt Proconſuli cum Principe.*
11 *Item officio præſidis cum Principe.*
12 *Et urbis præfectus quaſdam Imperij meri & mixti partes cum Principe communes habet.*
13 *Vt Princeps, ita & prætorio præfectus legem generalem ferre poteſt.*

EST autem officiorum atq; poteſtatis cogna-
tio quędam inter Imperatorem, regem, prin-
cipem, & alios, quibus Reipublicæ guberna-
cula ſunt delata.[a] Nam et quilibet rex dicitur
2 prouinciæ ſuæ princeps.[b] Et quam Impera-
tor in uniuerſo ſuo imperio retinet poteſta-
3 tis auctoritatiſq; amplitudinē, eandem ſibi et rex in ſuo regno
4 ſumit:[c] eſtq; eam ob cauſſam hodie auctoritate Baldi[d] rece-
ptum, ut quemadmodum ex donationes, quas diuus Impera
tor in uxorem ſuam, aut illa in maritum contulit, ideo ſuam fir
mitatem retinent, quod Imperatoris contractus legis uim at-
5 que auctoritatem habeat:[e] Ita quoq; & Principis donatio u-
xori facta impediri non poterit, quoniā & eius contractus le
6 gis uim retinet.[f] adeò enim Princeps ſuo cōtractu obligatus te
netur, ut illū quauis poteſtatis plenitudine reſoluere neque-
at.[g] Neque ſolum uel Rex, uel Princeps, qui ſuperiorem pote
7 ſtatē non agnoſcit, eandē in ſuo ſiue regno ſiue Principatu au
ctoritatem habet, quam & in ſuo imperio Imperator:[h] uerùm
etiam uniuerſitas uel ciuitas, quę ſuperiorem magiſtratum ali
quem non agnoſcit, eandem poteſtatem exercere in ſuo terri-
torio poteſt, quā uel Imperator, uel Rex, uel Princeps in ſuo
8 territorio ſibi ſumit atq; uſurpat.[i] ſed & populus, qui iura im
perij retinet, ueluti Florentinus, & ſi quis alius eſt, idem ſta-
tuere atque edicere in ſuo territorio poteſt, quod in ſuo im-
9 perio edicere poterit Imperator.[k] Pleræque enim poteſtatis
partes communes ſunt Principi cum proconſule. Nam cum
10 proconſul, referente Vlpiano,[l] pleniſsimam iuriſdictionem
habeat, omnium partes, qui Romæ, uel quaſi magiſtratus
uel extra ordinem ius dicunt, ad ipſum pertinent. & idem
11 aſſerit:[m] eos qui uiuerſas prouincias regunt, ius gladij ha-
bere, & in metallum damnandi poteſtatem ſibi ſumere poſ-
ſe. Ad eundem quoque modum & Vlpianus ſcriptum reli-
quit,

a Matth. de Afflict. in tit. quæ ſint regalia, per Fridericum Imperator. §. regalia. nu. 102. fol. 164.
b Andreas de Iſern. in d. §. regalia. 10. Andr. in c. uenerabilibus. de cleric. ibi quoq; Abbas. & c. duo ſunt. 24. quæſt. 4.
c Bald. in l. ex emp. col. ult. de probatio. & in Authēt. hoc amplius. C. de fidei commiß. & in procemio ff. & in c. cum ueniſſent. extr. de ijs qui mitti in poſſeß.
d in d. l. donationes quas diuus. C. de donatio int. uir. et uxor. & in c. imperialem. §. ult. de probib. feud. alien. per Frederic.
e text. in d. l. donationes.
f Barth. in l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam.
g Paul. de Castr. in l. digna uox. C. de leg. Bald. in c. 1. §. ad hæc. uerſic. item nota ex gl. tit. de pac. in poſtlimin. re. c. cū ueniſſent, in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. ſecutus Barthol in l. infamem. ff. de public. iud. & allegat. c. per uenerabilē. ext. qui filij ſint legitim.

rament firmand. b Abbas in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. Barth. in l. hoſtes. ff. de capt. & uerſ. & l. infamem. ff. de public. iud. Innocent. in c. cum P. Tabellio. extra de fid. inſtrumentor. Bald. in de eo qui mittuntur in poſſeß. cauß. rei ſeruand. & l. pendẽ. C. de donatio int. uir. & uxor. i Pan. in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. ſecutus Barthol in l. infamem. ff. de public. iud. & allegat. c. per uenerabilē. ext. qui filij ſint legitim. idem ſcribit Barthol. in d. l. hoſtes. & l. acta. §. de ampliãda. ff. de re iudicat. k Barth. in d. l. hoſtes. Abbas conſilio ſuo 91. Roma. 466. & idem in c. paſtoralis. de offic. delegat. l in l. ſi aliquam. uerſic. cum pleniß. ff de offic. proconſul. m l. illicitas. §. ſicut medico. uerſic. qui uniuerſas. ff. de offic. præſid.

a in l. 1. ff. de offic. præfect. urb.

quit [a] omnia omnino crimina præfecturam urbis ſibi uendicare, quæ uel intra urbem, uel extra eam intra Italiam admittuntur: idq́ exemplo eius epiſtolæ, quam Diuus Seuerus ad Fabiũ Cilionẽ, urbis pręfectũ in hæc uerba ſcripſit: Cum urbem noſtrã fidei tuæ commiſerimus, quicquid igitur intra urbem admittitur, ad præfectũ urbis pertinere uidetur. Sed etſi quid intra centeſimum miliarium admiſſum ſit, ad præfectũ urbis pertinet. Si ultra ipſum lapidem egreſſum eſt, præfecti urbis notio nõ eſt. Et ſicut princeps, ita præfectus prætorio legem 12

l. ult. C. de legibus. lege form. C. de offic. præfect. prætorio. l. nõ ambigitur. ff. de legib.

generalem ferre poteſt. [b] Facile liquet, quę officiorum poteſtatisq́ cognatio quædã ſit inter Imperatores, Reges, Principes, Reipublicæ pręfectos, uniuerſitates, ciuitates & populos, qui iura imperij retinent. 13

DE PRINCIPIS POTESTATE REVERENTER ſentiendum, non autem friuolè diſputandum eſſe. Cap. IIII.

1 *Principi deberi obedientiam atq; obſeruantiam, cùm propter Dei ordinationem, tum uerò propter pactum humanæ ſocietatis.*

2 *In Principis mores atq; actiones nulla contumelia dicenda.*

3 *Principes ac reliqui magiſtratus non hominis, ſed Dei perſonam atq; iudicia ſuſtinẽt.*

4 *Quæ à Principe fiunt, optima, & quidem iuſtiſsima ratione facta uidentur.*

5 *Sacrilegium eſt de Principis poteſtate temerè diſputare.*

6 *Princeps non alij quàm Deo, actionum ſuarum rationem reddere cogitur.*

7 *Qui Principis conſtitutionem aut legem conuellere conatur, ei ſilentium perpetuum indicitur.*

8 *Præſumptio eſt, Principem nihil facere uelle, quod non idem cum honeſtate publica ſit coniunctum.*

9 *Princeps uidetur ſe ad Dei iudicium conformare uelle.*

10 *Princeps paſsim ac perpetuò hanc temperationem tenere præſumitur, ut quam minimè lædat.*

11 *Princeps cum humanis erroribus implicari poſsit, permittitur, de illius ſciẽtia et uoluntate diſputare.*

12 *Veritatis diſceptatio facienda, nulla autem uel iniuria uel contumelia Principis geſtis inferenda erit.*

c Paul. Apoſt. ad Roman 13. cap. ad Titũ 3. cap. et 1. Petr. 2. d extat 8. diſtinct. c. quæ cõtra. & quædam apud Hieronymum ſcripta. in annotation. ſuper Hier. et extat 23. quæſt. 5. c. & facit. c. regum officiũ & c. ſi apud carn. e Cicero lib. 3. de Legib. f Paul. ad Romã. 13. et Hieronym. in annotat. in Hieremiam. & Auguſtinus in loc. prædict.

PERTINET quoque ad ciuium pudorem, reuerentiam & obſeruationem, ut non ſolum principib. atq́ magiſtratibus, cùm propter diuinam ordinationem, [c] tum uerò generale humanæ ſocietatis pactũ, ut Auguſtinus ſcri- 2
bit, [d] obtẽperent atq́ obediant, uerùm etiam eos diligant, de ijsq́ honorificè ſentiant atq́ prædicent, [e] nullam autem in eorum actiones atq́ mores contumeliam dicãt. Cum enim Principes, & ij ad quos Reip. gubernacula deferũtur, non hominum, ſed Dei adminiſtrationem gubernent, [f] 3
& quæ

3 & quæ ab ipſis fiunt atque geruntur, ea optima ratione ac iu-
ſta quidem de cauſſa facta uideantur, illiberalis & planè inue-
recundi eſt ingenij, de illorum poteſtate & rebus geſtis quæ-
4 ſtionem mouere: a quando & Imperator, b ſacrilegium eſſe
5 ſcribit, de eo quod à Principe factum eſt, diſputare: & ri-
diculum propemodum eſt, cum Princeps propter dignita-
tis præcellentiam, auctoritatiſque amplitudinem, nulli certæ
formæ aſtringatur, aut actionum ſuarum rationem, aut etiam
6 uindictam alij quàm Deo reddere cogatur, c uelle illius ſiue po
teſtatem, ſiue actiones in calumniam aut friuolam aliquam di-
ſputationem adducere: præcipuè cum ſilentium ei, qui id,
quod certa Principis ſcientia conſtitutum eſt, conuellere
7 aut infringere conatur, indici ſoleat. d Et poterit huius ſen-
tentiæ adferri ratio, quod magna et naturalis quædā præſum-
ptio ſit, nihil ipſum Principem pro ſua erga Rempublicam ſin
gulari deuotione atque uoluntate perpetua, etiam inductio-
ne animi facere uel conſtituere uelle, quod nō idem cum legū
dignitate, cū honeſtate publica, cum æquo & bono ſit coniun
8 ctum. e Et ea eſt Principis mens atq; intentio, ut cum omnia
ſua ſtudia atque actiones ad Dei uoluntatem atque res benè
9 ac preclarè gerendas referre uelle uideatur: f tum etiā eā in om
ni cōceſsione temperationem ſeruet, ut quàm minimè ius alte
10 rius lædere uoluiſſe pręſumi debeat. g ſed quemadmodum de
Principis poteſtate ſine ſacrilegij crimine diſputari nō poteſt:
ita nihil impedit, cum Princeps communi hominum errori, et
opinionibus obnoxius ſit, de illius ſcientia & uoluntate, ſi ita
11 cauſſa fortè aut res poſtulet, modeſtè diſputare, ueritatemq́;
rei geſtæ inquirere: h cum hac moderatione perpetua, ut ciui
lis quædam quæſtio ad ueritatis diſceptationem propoſita,
12 nulla autem uel iniuria uel contumelia Principis perſonæ uel
rebus geſtis impoſita uideri queat.

PRINCIPIS ACTIONES OMNES IN HONEſtate publica pręcipuè defixas atq; collocatas eſſe oportere. Cap. V.

1. *Principis actiones omnes in honeſtate poſitas atq; locatas eſſe oportere.*
2. *Omnia honeſtatis cauſſa facienda nobis erunt, etiamſi nullum emolumentum conſequamur.*
3. *Nihil faciendum quod uel honeſtatem, uel ius publicum lædat.*
4. *Principi, quatenus contra honeſtatem aliquid præcipiat, parendū omnino non erit.*
5. *Naturæ lege prohibemur, ex alienis incommoditatibus noſtras utilitates quærere.*
6. *Honeſtas publica cunctis rebus priuatis anteferri debet.*
7. *More maiorum reſcriptum eſt prouinciæ præſidi, ut ſpectaret non quod plerunque ſemper fieri ſoleat, ſed quod fieri debeat: hoc eſt, quod honeſtum & decorum ſit.*

a l.2.C.de crimine ſacrilegij. Bald. in l. impetrata. C. ſent. reſcind. nō poſſ. Franciſc. Curt. conſ. 174 part. 2. num. 6. & cōſil. 141 num. 6. part. 2. Philip. Decius conſil. 588. in initio. part. 5.

b in d. l. 2. C. de crim. ſacrilegij.

c ut in c. totam, diſtinctio. 3. & Bald. in d. l. impetrata. C. ſent. reſcind. nō poſſ. et in §. ſi quis autem. in uerbo nō admittimus. tit. de pac. conſtāt.

d idē Fran. Curtius, conſil. prædicto 184. part. 2. nu. 7. & Philip. Decius conſil. 588. num. 3. part. 5. et cōnſil. 655. nu. 21. part. 5. et Bald. in c. 1. §. ſi quis autē. tit. de pac. conſtāt. et facit l. reſtituend. C. de aduoc. diuerſ. iud. etc. in memorād. 90. diſtinct.

e l. meminerint. ibi quoq; gl. C. unde ui & l. auctoritate. Alex. conſil. 125. nolū. 2. cum ita initium eſt, Viſo ut. quæſtionis.

f Iaſ. in pulchr. in l. 1. ff. de conſtitut. princip.

g d. l. auctorit. et l. meminerint, & quæ ampl. Iaſ. in d. l. 1. ff. de conſtit. princip. ſcribit.

h Bald. et hūc ſec. Iaſ. in d. l. 1. ff. de conſt. Princip. per l. 2. de ſuppel. legat.

8 *Iuliani ſententia, in eum qui turpe emolumentum honeſtati prætulit.*
9 *Seueriſſimè reprehenſi, qui honorem atq; dignitatem quæſtui poſtpoſuerint.*
10 *Ab honeſtate nulla utilitatis ſpecie obiecta declinandum erit.*
11 *Grauius atq; turpius eſt honeſtatem abijcere, quàm uel paupertatis mala ferre, uel mortem oppetere.*
12 *Qui ueræ gloriæ atq; poſteritatis ſenſu commouentur, ijs cuncta quæ ad hominum uſum pertinent, non utilitate, ſed honeſtate erunt emetienda.*
13 *Diligenter præcauendum principi, ne quid intemperanter uel agat uel conſtituat cõtra honeſtatem.*
14 *Honeſtatis uis tanta eſt, ut eius pulchritudine, humana natura uehementer & mirabiliter afficiatur.*
15 *Omnes qui ueræ uirtutis ſenſu permouentur, ex honeſtatis admiratione propendent.*
16 *Sapientis proprium eſt, omnia ſplendidè & honeſtè agere.*
17 *Maiorum inſtitutis nos commoneri, ut honeſtatis cauſſa omnia honeſtè agere uelimus.*
18 *Princeps de poteſtatis plenitudine, nihil niſi quod honeſtum ſit, ſumere ſibi debet.*
19 *Inſolens & planè intemperata res eſt, nimia illa præpotentia, & quædam imperandi cupiditas.*

PRINCIPIS actiones omnes in ſola honeſtate, ad quam natura naſci nos uoluit, non autem priuatę utilitatis cupiditate, aut ambitiõe mala poſitas atq; locatas eſſe oportere, et antè monuimus, & ipſius honeſti amore impulſi, aliquoties nobis repetẽdum eſſe exiſtimamus.[a] Eſt enim naturalis quidã honeſti amor in hominum animis, propter admirabilem ipſius uirtutis pulchritudinem inſitus, qui efficit ac præſtat, ut detracta omni utilitate atque emolumentis, ipſam tamen honeſtatem laudemus, ac pleraq; multa pro ſalute atque incolumitate Reipublicæ, pro fortunis ſociorum ac ciuium, pro tranquillitate publica fortiter & conſtanter ſubeamus, nõ alia cauſa cõmoti, quàm quod deceat, quod rectum ſit, quod honeſtum uideatur, etiamſi nullum emolumentum conſequamur.[b] Et hoc Principem, & unumquemq; 2
in Reipublicæ luce & ſplendore, cum aliqua laude atq; nominis exiſtimatione uerſari cupientem intueri, & ſpectare, etiam ut fiat, alijs præcipere decet, ne quid uidelicet, quod uel contra honeſtatem ſit, uel ius publicum lædat, à quopiam committatur:[c] quando, ſi Princeps eiuſmodi aliquid conſtituat, 3
edicat, uel faciendum præcipiat, quod uel deformitatem aliquam habiturum, uel honeſtatem publicam uiolaturum uideatur, nemo certè ei parère cogendus erit.[d] Neq; magnam laudem meretur, ſi quid à nobis citra cuiuſquam uel læſionem, 4
uel iniuriam fiat: cum præſertim naturæ lex, ne quid emolumenti alterius cum iniuria appetere uelimus, ſeuerè uetet:[e] ſed 5
ſi quam

a l. ſemper in coniunction. ff. de ritu nuptiar. & de reg. iur. & l. non omne.
b Cic. in lib. 2. de fin. bonor. et malor. et d. l. ſiue regul. iuris, nõ omne. Iaſon in l. quod Principi. ff. de conſtit. tut.
c l. ex ea parte. §. mulier. ff. de uerbor. obligatio. l. reprehẽdenda. C. de inſtitutio. et ſubſtitutio. ſub condit. fact.
d c ſi quando. ext de reſcript. et in Authẽt. ut nulli iudicum. in principio. Innocent. in c. inquiſition. de ſententi. excommunicatio. Abbas in d. c ſi quãdo.
e l. iure natur. de reg. iur. l. nã hoc natura. ff. de condictio. in debit.

ſi quam commoditatem iure atque legibus,etiam ſine iuſta cu
iuſquã offenſione conſequi aut inferre queamus, ſi tamen ma-
ior aliqua honeſtatis ratio appareat,quę uel cum uice publica
6 uel honore noſtro coniuncta ſit, anteferri ſanè ea debet omni
bus priuatis commoditatibus.[a] Ad hunc enim modum Pro-
culus præſidi reſcribit,[b] ut in adminiſtranda & regenda pro-
7 uincia,nõ tam ſpectet quod Romæ factũ eſt,quàm quod fieri
debeat: hoc eſt, quod iuſtũ,quod decorum,quod honeſtum
ſit:neque magis cum priuatis, quàm publicis & honoribus &
8 commoditatibus coniunctum.[c] & Papinianus de ſententia Iu
liani,eum edicto teneri ſcribit,[d] qui inſtitutionis honore pro-
prio omiſſo,propter compendium alienum, hoc eſt filiæ ſuæ
inſtitutionem,ſubſtitutionẽ auarè & ambitioſe maluit. Idem
9 ſeuerißimè eum reprehendit,qui lucri turpitudinem atq; ſor-
des, honeſtati prætulit, in hæc uerba:[e] Socer,inquit,cum nu-
rũ adulterij accuſaturũ ſe,libellis pręſidi datis, teſtatus fuiſſet,
maluit ab accuſatione deſiſtere,& lucrum ex dote magis pete-
re. Quęrit,an eiuſmodi cõmentum eius admitti exiſtimes? Re
ſpondi:turpißimo exemplo,is qui nurum ſuam accuſare inſti
tuiſſet, poſtea deſiſtere maluit,contentus lucrum ex dote reti
nere,tanquã culpa mulieris dirempto matrimonio. Quare nõ
iniquè repellitur, qui commodum dotis uindictæ domus ſuæ
proponere non erubuit. Pręclarum certè hoc inſtitutũ,& cor
rigendis moribus apprimè utile, quo commonemur,ne ulla
utilitatis ſpecie obiecta, ab honeſtate uel tantillum declinare
10 uelimus,quod & alibi Paulus pręcipit:[f] ſed ut grauius turpi-
uſq; ubique arbitremur eſſe, exiſtimationem nominis abijce-
re,uel ab honeſtate deflectere,quàm uel paupertatis mala fer-
11 re,uel mortem oppetere.[g] Non enim nobis, qui uice publica
commoueri,qui laudi ac gloriæ ſeruire,qui etiam longius po-
ſteritatis ſenſu atque ſpe æternitatis progredi cupimus,quàm
breue illud & circũſcriptum uitę tempus ſuſtinet,cuncta quę
12 uel ad uſum hominum,uel magnificentiã,uel uoluptates per-
tinẽt,utilitate,ſed potius honeſtate erunt emetienda:ac proin
de ad Principis curam atque cuſtodiam magnopere pertinet,
13 diligenter & ſeuerè cauere, ne quid intemperanter,auarè,am-
bitioſe,& cupidè uel mãdet, uel conſtituat,uel agat contra ho
neſtatem publicam:[h] Cum enim honeſtatis uis ſit tanta,refe-
rente alicubi Auguſtino,[i] ut eius laude atque pulchritudine
humana natura uehementer commoueatur: nec uſque adeò
ſit ipſa turpitudine uitioſa,ut uniuerſum honeſtatis ſenſum a-
mittat:atq; tantus ſplendor in honeſtate poſitus ſit, ut ex eius

a Iaſon pulch. in l. reprehend. C. de inſtitutio. et ſubſtitutio. et l. quod Princip. ff. de conſtitut. Princip. & l. in ius uoc. §. prætor ait. de in ius uocando.

b in l. ſed licet is. ff. de offic. præſid.

c gl. & DD. in d. l. ſed licet is. Franc. Curt. conſil. 79 part. 2. per l. reprehẽdenda. C. de inſtit. & ſubſtit.

d in l. Iulianus. ff. ſi quis omiß. cauſ. teſtamẽt.

e in l. mulier. §. ſocer. ff. ad leg. Iul. de adulter. & ſtupr.

f in l. ſi tibi filius. ad finẽ. ff. de adoptionib. & emancipat.

g textus in l. iſti quidem. ff. de eo quod met. cauſ.

h d. l. ſi tibi filius. ff. de adopt. et l. ſed hæt. & l. ex ea parte. §. mulier. ff. de uerbor. obl. pulch. Fran. Curt. conſil. 170. nu. 23. fol. 109. part. 2.

i in lib. 2. de ciuitate Dei.

admiratione omnes qui uerum gloriæ iter nouerunt, planè propendeant: ſapientis uerò proprium ſit, nihil quod cum honeſtate pugnet, aut parum decorum ſit, uel quod pœnitere poſsit, agere: ſed omnia iuſtè, ſplendidè, grauiter atq; honeſtè & facere, & ut fiant, alijs rectè præcipere.[a] cum deniq; maiorum præceptis atq; inſtitutis receptum ſit, ut omnes qui uera Reipublicæ laude atq; dignitate cõmouemur, honeſtatis cauſa cuncta libenter atq; grauiter facere uelimus, atque debeamus:[b] magna certè ratio habenda Principi erit, ne in ſua quadam præpotentia, aut poteſtatis plenitudine, quicquam ſumere ſibi, aut in alios edicere uelit, quòd non ipſum honeſtum ſit atq; decorum. Idq; uel eo diligentius, quòd Princeps iuris benignitate, atque præſumptione creditur omnia quæ ſibi ſumit, iuſta cauſa cõmotus facere: neq; in animũ inducere, ut quicquam, quod quidem illicitum & legibus improbatum ſit, ſtatuere, uel mandare, ſed potius ubiq; honeſtatẽ amplecti atque retinere uelit.[c] Et ſanè ualde optarem, hanc rationem honeſtatis, qua neglecta, deprauata, & turpiſsimis moribus conſpurcata ſunt omnia, quàm diligentiſsimè & frequẽter, in his communium temporum, adeoq; omnis diſciplinæ ueteris grauiſſima inclinatione proponi. Eſt enim inſolens, & planè intemperata res, nimia illa præpotentia, & quædam imperandi cupiditas: quæ ſi in ingenium uehemens & concitatũ cadat, non tam fiet quod liceat, quàm quod libeat: qua ipſa morum licentia ac naturæ deprauatione nihil, in præpotentibus præſertim uiris, fingi poteſt pernicioſius.

a l. in conuentionib. ff. de reg. iuris. l. ſemper. ff. de ritu nupt. c. cum non deceat. de elect. lib. 6. d. l. Iulian. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtament. Bald. in l. reprehendenda. C. de inſtit. et ſubſtitutio. l. iſti quidem. ad finẽ prope. ff. quod met. cauſ. et d. l. ex ea parte. §. mulier. ff. de uerb. oblig.

b d. l. in conuẽtionib. et l. ſemper. Iaſon in l. in ius uocari. §. prætor ait. ff. de in ius uocand. Marc. Mantua conſil. 141. quod incipit. ex themate mihi trãſmiſ. circa medium.

c Vide quæ latè notantur in l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris. et per Franciſc. Curt. conſ. 90. uol. 2. num. 5. & d. l. ſi tibi filius. l. ſed licet. & apud Pet. Philip. Cornæum, conſ. 92. num. 10. fol. 75. uol. 2.

AN PRINCEPS SINE HONESTATIS PVBlicæ uiolatione, in ſua ipſius cauſſa ius dicere poſsit? Cap. VI.

1 *Qui ius populo dicit, innocentis ac boni uiri officio fungi debet.*
2 *Iniquum eſt, aliquem ſuæ rei iudicem fieri.*
3 *Nemo ſibi uel imperare, uel prohibere poteſt.*
4 *Qui iuriſdictioni præeſt, nec ſibi nec ſuis ius dicere poteſt.*
5 *Principis intentio omnis iuſta & legitima præſumitur.*
6 *Suſpicionis malæ & intemperantis eſt animi, ius ſibi dicere uelle.*
7 *Exceptio ſuſpicionis ad remouendum iudicem eſt iuris naturalis.*
8 *Quæ naturalis iuris ſunt, nullius præpotentia adimi poterunt.*
9 *Quæ de ſubſtantia actus ſunt, nec Pontificis nec alterius poteſtate adimi poterunt.*
10 *Iudicium tribus perſonis conſtituitur, iudice, actore, reo.*
11 *Nulla ratio ſuſtinet, ut ſibi quis ius dicat.*
12 *Princeps animal rationis compos, & politicum.*
13 *Principis eſt, omnes ſuas actiones in honeſtate collocatas eſſe uelle.*
14 *Honeſtas publica uetat, ne ſibi ius dicere Princeps uelit.*
15 *Princeps plerunq; ſemper iure communi utitur.*

16 *Benignius à Principe fit, qui nullum ſibi ius dicit.*

17 *Princeps ob inopiam, egeſtatem & defectum ſuperioris poteſtatis, ius ſibi dicere poteſt.*

18 *Iuriſdictio ſuæ ipſius cauſæ non tam actori, quàm reo permittitur.*

19 *Princeps ius ſibi inter eos quos poteſtati ſuæ ſubiectos habet, non autem alios, dicere poteſt.*

20 *Princeps de abſoluta tantum poteſtate ius ſibi dicere poteſt.*

21 *Pontifex ſe ſolius Dei iudicio atq; cognitioni ſubijcit.*

22 *Pontifex plerunq; ſemper detrectat actionum ſuarum cognitionem humanam.*

23 *Pontifex dare poteſt iudicem, quem recuſare nemo poßit.*

24 *Princeps honeſtius ſemper aget, ut cauſſæ ſuæ cognitionem alijs iudicibus deleget, uel arbitros det.*

25 *Iudicia ſancta, recta & ſeuera, nulli malæ ſuſpicioni obnoxia eſſe debent.*

26 *Arbiter cauſſæ ſuæ iudex eſſe non poteſt.*

27 *Arbitrator ius ſibi dicere poteſt.*

CVM eius qui ius populo dicit, proprias partes
eſſe, alio in loco annotauerimus,[a] ut & ipſe bo
1 ni & innocentis uiri officio fungi,[b] neq; aliun
de quàm ex ſolius iuſtitiæ obſeruatione pro-
pendere uelit:[c] uiſum eſt hoc in loco breui
tantum oratione explicare, quatenus Prin-
ceps ius ſibi dicere poſsit. Nam eius rei cognitio, & iudicijs cõ
ſtituendis, & moribus corrigendis in primis utilis, & propè
2 in hac nimia imperandi licentia neceſſaria eſt. Et ſanè Iulianus
ſcriptum reliquit,[d] iniquum eſſe, aliquem ſuæ rei iudicem fie-
ri: quando, ut Marcellus ait,[e] neque ſibi quiſquam imperare,
3 neque prohibere poteſt. & Vlpianus rectè præcipit,[f] qui iu-
4 riſdictioni præeſt, eum neq; ſibi ius dicere debere, neque uxo
ri uel liberis ſuis, neque libertis, uel cęteris quos ſecum habet.[g]
ac proinde, cum omnes Principis actiones, ſtudia atque iudi-
cia ad ius ſcriptum, ad honeſtatem publicam, ad omnem præ-
ſtantiſsimarum rerum laudem atque dignitatem referri de-
beant: perpetuoq; eius intentio eiuſmodi præſumatur eſſe, qua-
lis in magna uitæ innocentia eſſe debeat:[h] uidetur liberalis &
5 benigna eſſe eorum ſententia, qui Principi in ſua ipſius cauſa,
ſententiæ dictionem adimunt. Sed res quoque ea, ut ſibi quis
ius dicat, non ſolum intemperantiam quandam arguit, ſed ple
6 na eſt ſuſpicionis malæ.[i] Exceptio autem ſuſpicionis ad recu-
ſandam eius iudicis qui nobis ſuſpectus eſt, cognitionem, ipſo
7 naturæ iure nobis datur.[k] Ergo ſicut ea, quòd naturalis iuris
ſit, nullius præpotentia adimi poteſt:[l] ita quoq; repellere po-
8 teſt iudicem, ne in ſua ipſius cauſa ius ſibi dicat.[m] Nec Ponti-
fex,

a in lib. de Vſur pat. legum. b textus in l. cætera res. ff. familiæ Herciſcund. c 11. quæſt. 3. c. nolite timere et c. nõ licet. c. ſtatutũ. §. inſuper. de reſcr. lib. 6. l. item Varrus. §. item ſi plures. ff. de recept. arbitr. l. obſeruand. ff. de iudicijs. c. nouit. eod. tit. 3. quæſt. 7. c. iudicet &c. d in l. Iulianus. ff. de iudicijs. e in l. ſi de re ſua. ff. de recep. arbit. f in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdictio. omniũ iudic. g l. unica C. ne quis in ſua cauſ. iud. Felin. in c. ſi quando. extr. de offic. iud. deleg. & pulcbrius in c. cum ueniſſent. de iudic. ibi quoque Ioan. Andr. & Abbas Pan. h Bald. in l. ex facto. ff. de uulgar. & pupill. Iaſon in l. iuſtit. ff. de inſtit. & iur. Panormit. in c. cum ueniſſent. extr. de iudicijs. not. 2. Salyc. in l. unic. C. ne quis in ſua cauſ. iud. Bald. quoq; in c. 1. tit. de nou. form. fidelit. i d. l. unic. C. ne quis ſibi in ſua cauſ. iud. l. & Iulian. ff. de iud. k c. quia ſuſpect. 3. quæſt. 5. c. cum ſpecial. ext. de appellat. l Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil. §. ſed naturalia. m Felin. in d. c. cũ ueniſſent. num. 5. extr. de iudic.

ſex, nec quiſquam alius contra ea quæ de ſubſtãtia actus ſunt,
diſponere aut ſtatuere quippiam poteſt.[a] Eſt autem de ſub- 9
ſtantia iudicij, ut in eo ſit iudex, actor, & reus.[b] quæ certa ipſa 10
iudicij ſiue ſubſtantia, ſiue ſolennitas teneri non poteſt, ubi i-
dem iudicis & actoris ſiue rei perſonã ſibi induere uelit.[c] Por-
rò nulla ratio ſuſtinet, ut ſibi quis ius dicat ipſe, propterea q;
hoc ipſum iniquum ſit, atq; ad exempli deprauationem perti-
neat.[d] Sed Princeps, tanquam rationale & politicum animal 11
pro ſua temperatione atque uerecundia agnoſcit ſe legibus eſ-
ſe alligatum, etiam ratione præditum.[e] ac proinde quoque ra- 12
tioni parére, atq; obtemperare, neq; quicquam ſibi, quod nõ
optima ratione comprobari poſsit, ſumere, aut ſibi ius teme-
re dicere debet.[f] Et cum omnes qui uirtutis ſenſu commouen
tur, deceat honeſtatem amplecti: tum uerò ad Principis uere-
cundiam pertinet, ut actiones ſuas omnes in honeſtate poſi- 13
tas atque locatas habere uelit.[g] Honeſtatis autẽ publicæ cum
ſit, Principem etiamſi poſsit, nolle tamen in quadam ſuſpicio-
nis illiberalitate, ius ſibi dicere:[h] conſequitur, alienum à Prin- 14
cipis pudore atq; uerecundia eſſe, ut in ſua ipſius cauſa iudiciũ
facere uelit. Poſtremò cum optimus quiſque Princeps plerun
que ſemper, & pro ſua erga Reipublicæ dignitatẽ deuotione 15
atque uoluntate perpetua, iure communi utatur:[i] iure autem
communi receptum ſit, ut iudicium conſtituatur ex perſona
iudicis, actoris, et rei:[k] benignius modeſtiusq; Princeps facere
uidetur, ſi nullam ſibi iuriſdictionem in definienda ſua ipſius
cauſa ſumat.[l] Sunt tamen multi ingenio & doctrina, præci- 16
puè uerò legum ſcientia præſtantes uiri, qui adſerunt, Princi-
pem, & quemcunque populum ſuperiorem poteſtatem non
agnoſcentem, poſſe in ſua ipſius cauſa ius ſibi dicere:[m] idq; non 17
alia ratione magis, quàm propter ſuperioris iudicis ſiue pote-
ſtatis inopiam atque defectum.[n] & cum hac ferè moderatio- 18
ne, ut & ciuilis cauſa proponatur:[o] & Princeps qui eius cogni-
tionem ſibi ſumit, potius actor quàm reus habeatur:[p] ut que 19
hanc cognitionem Princeps inter ſuos ſubditos, non autem
alios, ſibi ſumat.[q] Nam ad eum modum receptum eſt, Princi- 20
pem illa ipſa abſolutæ poteſtatis prærogatiua poſſe ſibi ius di
cere,

a notab. gloſ. in c. 1. de conſuetud. lib. 6. Felin. in d. c. cum uenissent. de iudic. num. 5.
b c. forum de uerbor. ſignific. & l. inter litigator. ff. de iudic. et l. in tribus l. ſi de ui. eod. tit.
c Felin. in d. c. cum uenissent.
d d. l. Iulianus. ff. de iudicijs. & quæ notant in l. eum quẽ temerè. §. ult. ff. de iud.
e Bald. pulchr. in l. 2. C. de ſerui tut. et loci in hãc ſentent. lib. 1. ad ducti ſunt. l. dig. uox. C. de leg. & conſtitut.
f Salicet. in d. l. unic. C. ne quis in ſua cauſ.
g l. ſemper in coniunction. ff. de ritu nuptiar. & l. non omne. de reg. iur. Iaſon in l. quod Principi. ff. de conſt.
h text. in clement. paſtor. de re. iud. Cyn. in l. 2. C. de edend. Matth. de Afflict. tit. quæ ſint regalia. §. regalia. nu. 95. part. 3. Abb. Felin. & alij in d. c. cum uenissent. Ant. de Butr. in c. ex parte. de uerb. ſignific. gloſ. in c. 1. de maledic. et gloſ. in c. 16. quæſt. 5.

i Bald. in. l. & in legatis. C. ad l. Falcidiam. Salicetus ibidem, Bartol. in l. cum hæredes. num. 1. C. qui teſtam. facer. poſſ.
k d. c. forum. de uerbor. & rer. ſignif.
l Matth. de Afflict. in loc. prænotat. & text. in d. clement. paſtoralis.
m Bart. in l. ſi alius. §. belliſsimè. ff. quod ui & clam. Bald. in l. 2. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quantitat. Angel. in l. unic. C. ne quis in ſua cauſ. iudic. Abb. & Felin. in d. c. cum uenissent. extr. de iudicijs. ibi quoque gloſ. & Anto. de Butr.
n c. licet. ext. de electio. Anto. de Butr. & Abbas in d. c. cum uenissent. de iudicijs.
o Panormit. in d. c. cum uenissent. allegans l. & hoc Tyberius ff. de hæredibus inſtituend.
p Abbas in c. 1. de probationibus. ibi per text. & in c. expoſita. de arbitr. & hunc ſecutus Felin. in d. c. cum uenissent. uerſ. limita ſecundo.
q Felinus in d. c. cum uenissent. uerſic. limita primo. ſecutus ibi Hoſtienſ. & Abbat.

21 cere,[a] & Pontificē in controuerſiā mota ſe referre ad Dei iudi-
22 cium, non autem ullius hominis cognitionem.[b] Neque uiden
tur hanc ſententiam planè conuellere, quę paulo antè in diuer
ſam rationem ſunt adducta. Nam quæ de ſtudio atque ratio-
ne honeſtatis publicæ dicta ſunt, ea omnia reſoluuntur, ea ma
ximè diſtinctione ſiue moderatione, quam uel iudicis ſuperio
ris defectus, uel cauſæ & perſonarum qualitas adfert. Neque
ut demus iudicis ſuſpecti recuſationem, naturali ratione ni-
ti, conſequens quoque erit eam iuris naturalis eſſe:[c] quando
Pontifex nonunquam hanc ſibi poteſtatis plenitudinem ſu-
23 mit, ut iudicem exhibeat omni recuſatione maiorem.[d] Et
quod de tribus perſonis, quæ ad iudicij ſolennitatē pertinent,
dictum eſt, hoc ipſum eſt iuris poſitiui, cui Princeps deroga-
re iuſta de cauſa poteſt, ut pòſt paulo amplius dicetur.[e] & fit
nonnunquam, ut non ſemper in omni iudicio requirantur
tres prædictæ perſonæ, ſed interdum pauciores: ueluti in iudi
cio, quod non actione publica, ſed inquiſitione inchoatur, at-
que inſtituitur.[f] Quæ etiam amplius de honeſtatis exemplo,
de naturali ratione, de iuris communis obſeruatione, in diuer
ſam ſententiam ſunt dicta, ea infirmantur, cùm receptæ illius
ſententiæ, quam ſtatim diximus, auctoritate, tum etiam ipſa il
la poteſtatis plenitudine, quam ſibi Princeps ſumit. Quemad-
modum igitur in abſoluta Principis poteſtate, poſitum dici-
tur, poſſe illum ſibi ius dicere propter ſuperioris poteſtatis e-
geſtatem atque inopiam: ita honeſtius modeſtiusq́ perpetuò
faciet Princeps, ut cauſæ ſuæ definitionem potius arbitrorum
fidei atque religioni committat, uel eius cognitionem in dele-
24 gati iudicis arbitrium atq; iudicium conferat, quàm ipſe ſibi
ius dicat. Nā et hęc ſententia humanior, et aptior Principis in-
nocentiæ atque amplitudini uidetur, & maximorum homi-
num iudicio comprobatur.[g] Nam cum ad Principum uiro-
rum curam pertineat, diligenter proſpicere, ut iudicia extent
ſancta, incorrupta, nullæ uel gratię, uel odio, uel ſuſpicioni ma
læ obnoxia:[h] cum & Prætor iuriſdictionem ad definiendam
25 eam cauſam, cuius aduocationē ſibi iam antè ſuſcepit, alij man
dare ſoleat, ne non ſolum culpa, ſed etiam eius ſuſpicio obſta-
re iudicantis religioni poſſit:[i] cum denique Princeps poteſta-
tis ſuæ plenitudine rariſsimè uti debeat,[k] honeſtius ſemper e-
rit iuriſdictionem alteri mandare, aut arbitros dare, quàm ius
ſibi dicere.[l] Eadem ratio efficit, ne quis in ſua quoque cauſa ar

a Barth. in l. unic. C. ne quis in ſua cauſ. iud. et leg. l. et hoc Tyberius. ff. de hæredib. inſtituen. et eſt gloſ. in d. l. ſi alius. §. belliſſimè. ff. quod ui aut clā. et in l. eſt recept. ff. de iuriſdict. om. iudic. et gloſ. in c. Gulifarius. 23. queſt. 1. et in c. ſi quis pecun. 79. diſtinct.
b Abb. in d. c. cū ueniſſent. per c. aliorū. 9. queſtio. 3.
c Felinus in d. c. cum ueniſſent. per l. 1. ff. de minor. b.
d c. ad hæc ibi Panormit. et Felin. ext. de reſcr.
e Abbas et alij in c. quæ in eccl. de cōſtitutionib.
f Abbas & Felin. in d. c. cū ueniſſent. ext. de iudicijs.
g text. in d. clemen. paſtoralis. de ſentent. & re iudic. Abb. in d. c. cūm ueniſſent. num. 6. ibi quoq; Fel. & alij. Innocent. in c. ex parte. de uerbor. ſignif. Cyn. in l. 2. C. de eden. Mat. de Afflict. in loc. præalleg. gloſ. in d. c. cum ueniſſent. et ibi quoq; D. An. & Ioan. Andr. in c. uenerabilem. ext. de conſit. & plerīq; alij alijs in locis.
h c. nouit. de iudicijs. l. apertiſſ. C. de iudic. gloſ. notab. in l. prætor. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. l. obſeruandum. ff. de iudic.
i d. l. prætor. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. per d. l. prætor.
k Bald. in l. multum. C. de commun. rerum alienatio.
l Baliset. in d. l. ne quis in ſua cauſ. iud. & l. eos. C. de appellat.

bitrium ſuſcipere, aut ſententiam dicere poſsit: uel quòd hodie arbitria ad formam iudiciorum redigantur, pertineantq́ ad lites finiendas, [a] uel ut Marcellus ait, [b] ſi de re ſua quis arbiter factus eſt, ſententiam dicere non poteſt: quia ſe facere iubet, aut petere prohibet: neque autem imperare ſibi, neq; prohibere quiſquã poteſt. Arbitrator uerò ſibi ius dicere poteſt. [c] 26 27
Poterunt in huius argumenti rationem, quatenus uidelicet poteſtas de iniuria ſibi illata cognoſcere, eamq́ uindicare, quatenus uel Pontifex, uel Epiſcopus ius ſibi dicere poſsit, & eiuſmodi alia, pleraq; multa adduci: quæ tamen omnia, quod nec cum Principis poteſtate coniuncta ſint, nec ad argumentum magnopere pertineant, de induſtria hic ſunt omiſſa, & alioquin paſsim in iuriſperitorum commentarijs explicata. [d]

a l. 1. ff. de recept. arbitr.
b in l. ſi de re. ff. de recept. arbitr.
c l. ſi libertus. ff. de oper. libertor. l. ult. C. de contrah. emptio. gl. in d. l. unic. in uerb. ſententiæ. C. ne quis in ſua cauſſ. iudic.
d in d. c. cum uenissent. et per Salic. in d. l. unic. C. ne quis in ſua cauſſa iudicet.

AN SENTENTIAM PRINCEPS PRO CONSCIentiæ ſuæ libertate, & ſola rei ueritate, inſpecta, dicere poſsit. Cap. VII.

1 *Principis iudicia cum Dei uoluntate atq; poteſtate conferuntur.*
2 *Princeps poteſt æquitatem non ſcriptam rigori ſcripto præferre.*
3 *Princeps poteſt neglecta iuris ciuilis ſolennitate ſententiam dicere.*
4 *Princeps præſumitur non aliter iudicare uelle, quàm Deus ipſe requirat.*
5 *Imperator & Princeps iudicare ſecundum conſcientiam poſſunt.*
6 *Iudicia plerunq; ſemper facienda erunt ex ijs quæ in actis probantur.*
7 *Principis eſt, iudicij atq; cõſcientiæ ſuæ libertatem ad optimarum legum uim referre.*
8 *Eo caſu quo Princeps ſecundum conſcientiam iudicat, non eſt opus concludenti probatione, ſed ſufficit probabilis.*
9 *Principis iudicium conformari debet ad Dei iudicium, qui nec fallit, nec fallitur.*

QVATENVS ſecundum conſcientiam iudicãdum ſit, quoniam in priore libro obiter tantum annotauimus, & in lib. de Vſurpatione legum pleniorem aliquam rationem declarare, pro ingenij noſtri paupertate, aut potius uoluntate perpetua erga optimarum legum ſtudia, conati ſumus: uiſum eſt hoc in loco commonere, cum Principis iudicia omnia ad Dei poteſtatem referantur, [e] 1
cum & eius ſit æquitatem non ſcriptam in iudicijs ſcripto iuris rigori anteferre, [f] cum idem poſsit & debeat, ſola facti ueritate inſpecta, ſine ulla maiore iuris ciuilis ſolẽnitate, iudicium ſuum facere, atque in rerum cauſarumq́ definitione ſententiam dicere: [g] receptum hodie eſſe, atque excellentiſsimorum hominum iudicijs atque ſententijs comprobatum, ut & Imperator & Princeps, qui ſe ad Dei uoluntatem, actionesq́ in ſententijs dicendis conformare præſumitur, [h] iudicare poſsit pro 2 3 4

e Bald. in l. ſancimus. C. de iud.
f l. 1. C. de legibus. Bald. in l. 1. C. de iure aureor. Matth. de Afflictis in t. quæ ſint regalia per Fredericum Imperator. §. regalia.
g Barthol. in l. Aemilius. ff. de minorib. 25. annis. & in l. 1. ad fin. C. ut quæ deſunt aduoc. par. Bald. in c. 1. §. ult. tit. de noua for. fidelit. idem Bald. in l. ult. C. de iur. deliber. Anton. in c. 2. in princip. ext. de iuramẽti calum.
h Bald. pulch. in d. c. 1. §. ult. de noua form. fidelit. quem Philipp. Dec. refert, conſil. ſuo 699. part. quinta. ad finem.

5 pro conſcientiæ ſuæ libertate,[a] cum tamen idem alijs non temerè liceat:[b] cum hac tamen moderatione, quam optimus quiſque Princeps, & quicunque iuriſdictionem habet, aut Reipublicæ gubernacula tractat, retinere debet, ut perpetuò ſuam conſcientiam non ad ullam ambitionem, non cupiditatem malam, non animi percuſsionem, ſed optimarum legum uim, iudicij æquitatem, maiorum'que inſtituta referre uelit.[c]

7 Qua in re & illud obſeruandum erit, ut ſi Princeps pro conſcientiæ ſuæ libertate officijq́ religione ius dicere uelit, eo ſanè caſu non requiri neceſſariò concludentem probationem, ſed ſufficere probabilem.[d] Sed quo maior illuſtrior'que eſt omnibus in rebus ac cauſis Principis poteſtas, eo maiore cum cura & animi ſolicitudine prouidendum, ne ulla in re temerè & inconſideratè à iuſtitiæ, ac optimarum legum obſeruatione, etiam iudiciorum ſeueritate, declinet, ſed ad Dei ſe uoluntatem atque iudicium conformet, qui nec quenquam fallit, nec à quoquam falli poteſt.[e]

a Barth. in d. l. 1. C. ut quæ part. aduoc. deſ. Rom. conſil. 20. quod incipit, Viſo pũcto. col. ult. Alexand. conſil. 6. circa proceſſum Philip. Decius in c. dilecti. de iudic. et prædict. conſil. 699.

b l. illicitas. §. ueritas. ibi quoque Barth. ff. de offic. præſid.

c Bald. in conſ. cuius initium eſt, fama uiciniæ. et hunc ſecutus Petr. Philipp. Corneus conſil. 201. nu. 18. uol. 2.

d Bald. in l. ſolam. ad fin. C. de teſtib. Aretinus conſil. ſuo 27. quod incipit, In cauſſa dominæ Antoniæ. et Philip. Decius in loco præcitato.

e Bald. in d. c. 1. §. ult. tit. de noua form. fidelit.

AN DICTAM SENTENTIAM PRINCEPS INTERpretari, corrigere, reſcindere, aduerſus eam reſtitutionem in integrum dare, & eiuſmodi quędam alia conſtituere poſsit? Cap. VIII.

1. *Princeps ſententiam ſuam etiam ex interuallo corrigere poteſt.*
2. *Princeps eum qui læſus eſt, aduerſus delegati iudicis ſententiam reſtituere poteſt.*
3. *Princeps ſententias, quæ ordinario iure dictæ ſunt, extra ordinem reuocare atq; reſcindere poteſt.*
4. *Princeps conſeruandæ innocentiæ ſtudio, eum qui temerè de ſe commentus eſt, ſententiæ ſeueritate eximere, atq; in ſtatum priſtinum reſtituere poteſt.*
5. *Præſes prouinciæ, eum quem damnauit, reſtituere non poteſt.*
6. *Præſes prouinciæ ſententiam ſuam in cauſa pecuniaria dictam, reuocare non poteſt, niſi ratione minoris ætatis 25. ann.*
7. *Innocentem damnatum reſtituere, unius Principis eſt.*
8. *Multa Principis poteſtati permittuntur, quæ alius ſibi arrogare aut ſumere nõ debet.*
9. *Solus Princeps, priuilegia, indulgentias, reſtitutiones concedere poteſt.*
10. *Eiuſdem Principis eſt, & generalem & ſpecialem abolitionem, gratiamq́; admiſſi ſceleris dare poſſe.*
11. *Qualis habenda interpretandi ratio, remiſſiuè.*

QVAM iuris publici profeſſor, quam is qui Reipublicæ præſidet, aut ius populo dicit, temperationem atq; moderationem retinere ſolet, ut pleraque multa pro cauſſæ, perſonę, rerũ atque temporum circumſtantijs immutet, corrigat, et nonnũquam in uniuerſum remoueat: eandem ſibi ſumere poteſt Princeps, ut pro cauſæ ac rerum qualitate ſententiam dictam uel corrigat etiã ex interual

 lo, uel

lo:[a] uel qui læſus eſt, eũ aduerſus delegati ſui ſententiã in inte-
grum reſtituat:[b] aut eas, quæ iudicum iniquitate, aut maiore 2
quodã errore dictæ ſunt, omnino reſcindat atq; caſſet, nullo
etiam iudicij ordine ſeruato:[c] aut conſeruandi innocentis ſtu 3
dio, eam ſententiam reuocet, quam prouinciæ præſes in eum
dixit, qui de ſuo flagitio temerè commentus fuerat, damna-
tũq; reſtituat: quod ipſum tamen non alij, quàm uni Principi 4
permittit: quãdo, ut Vlpianus ſcribit,[d] pręſes prouinciæ eum
quem damnauit, reſtituere non poteſt, ſiue criminalis, ſiue ci-
uilis cauſſa proponatur,[e] cum nec pecuniariam ſententiam ſu 5
am reuocare queat, niſi fortè minoris ętatis ratione:[f] ſed Prin 6
cipi ſcribendum erit, ut ſi de innocentia eius qui nocens ui-
debatur, cõſtiterit, eum liberet, atq; in ſtatum priſtinum reſti 7
tuat: multa ſiquidem Principis poteſtati permittuntur, quæ 8
alij ſibi ſumere nec debent, nec poſſunt.[g] Itaque & ſolus Prin
ceps poteſt indulgentias, reſtitutionis priuilegia concedere,
& eiuſmodi gratiam facere: etiam eum qui criminali iudicio
damnatus eſt, contra ſententiam dictam reſtituere:[h] abolitio- 9
nem item generalem in cauſſa criminali propter domus ſuæ
honorem tribuere,[i] aut etiam ſpecialem dare: & nocentem at
que criminis conuictum, propoſita impunitate, dimittere:[k] 10
ſententias uerò ſuas interpretari.[l] In quam rationem, & qua-
tenus ſentẽtiam ſuam interpretari Princeps poſsit, quoniam
pleraq; multa paſsim & multipliciter extant apud iuris inter-
pretes,[m] neque argumenti huius ſit certam quandam inter- 11
pretandi formam deſcribere: ſed quæ ſit Principis poteſtas,
breui tantum oratione explicare: ſatis erit, huius nos ſtudio-
ſam iuuentutem commonuiſſe.

POSSIT'NE PRINCEPS POENAM VEL DVRIus uel remiſsius irrogare, aut omnino remittere?

Cap. IX.

1 *Aequabilis tẽperatio ſeueritatis atq; clementiæ à Marcello iuriſconſulto præſcripta.*
2 *Nihil uel ſeuerius, uel clemẽtius, quàm res & cauſſa, etiã perſona poſtulat, in quempiam ſtatuendum erit.*
3 *In grauioribus cauſis ad ſeueritatem, in leuioribus ad clementiam proniores eſſe debemus.*
4 *Quam Marcellus retinendæ ſeueritatis aut clementiæ rationem præſcribit, eam ſibi in exemplum ſumere debet optimus quiſq; Princeps.*
5 *Qui extra ordinem de crimine cognoſcit, poterit quam uelit ſententiam ferre.*
6 *Omnis pœna delinquentibus irroganda, eſt Principi arbitraria.*
7 *Princeps poteſt pœnam uel augere, uel minuere, uel remittere.*
8 *Cauſſa eſſe debet Principi quamobrem pœnam uel remittat, augeat uel minuat.*

9 Prin-

a c. cum olim. ext. de re iudic. Bald. in l. 2. C. de ſeru. et aqua.
b Bal. in l. 2. C. ſi adu. rem iud.
c Angel. in l. 1. C. de ſent. paſs. argument. l. apud Iulian. ff. de manumiſs. uind. & l. 1. C. de crimin. ſacrileg.
d in l. 1. §. ult. uerſic. hac epiſt. ff. de quæſtion.
e l. acta. §. de ampliand a. ff. de re iud. l. 1. C. ſententent. reſcind. nõ poſſ. l. poſt ſent. C. de ſent. gl. in d. uerſic. hac epiſtola in uerb. reſtituere.
f l. in cauſſa. §. ult. ff. de minoribus.
g l. 2. §. ult. ff. ſi quis ingen. eſſe dicatur. l. itaq;. ff. de fideicommiſs. libertat. l. adoptio. ff. de adoptio.
h l. 1. et 2. C. de ſentent. paſsis.
i l. 2. C. de generali abolitione.
k l. ſi interueniente. cũ l. ſequẽt. ff. ad ſenatuſcõſult. Turpill.
l c. cum uenisſent. ibi D. D. ext. de iudicijs. Barth. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellationib.
m in c. cum uenisſent de iudic. et Bald. ualde ingenioſe et notabilit. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. et Innoc. in c. olim. in gl. mag. de uerbor. ſignificat. Alexãd. in l. ab executore, in addit. ad Barth. ff. de appellat. Petr. de Anch. in clem. ne Roman. de elect. Ludo. Roman. in l. 1. ff ſi cert. petat. Bald. in l. omni nouatione. ad fin. C. de ſacroſanct. eccl. Bart. in l. neq; leg. ff. de legib. Bald. in l. cũ nouo. C. de legib. et paſs.

9 *Princeps eos qui uel relegare, uel in inſulam deportati ſunt, reuocare, atq; in priſtinum ſtatum reuocare poteſt.*

10 *Solius Principis eſt, commeatum remeatum'ue dare.*

11 *Qui damnati ſunt, ut gladio in eos animaduertatur, eis mulctam, ſiue pecuniariam pœnam irrogare poteſt Princeps.*

12 *Princeps conſtituta pace, rebus bene ac præclarè geſtis, & in publica omnium lætitia abolitionem criminum concedere poteſt.*

13 *Quam temperationem ubiq; tenere Princeps debeat.*

14 *Princeps ante oculos ſibi ponere debet Dei tribunal.*

QVAM Marcellus ſeueritatis atque clementiæ
rationem, & quãdam temperationem, ei qui
publica iudicia ſuſtinet, admirabili humanita
tis laude præſcribit,[a] ne quid uidelicet durius
1 aut remiſsius, quàm cauſa depoſcit, conſtitue-
re uelit: propterea quòd nec ſeueritatis, nec
clementiæ gloria affectanda, ſed propenſo iudicio prout quę-
2 que res poſtulat,[b] ſtatuendum ſit: cum hac æquabili modera-
tione, ut in leuioribus cauſis pronior ad lenitatem eſſe, in gra-
uioribus uerò pœnis ſeueritatem legum cum aliquo tempera
3 mento benignitatis ſubſequi uelit:[c] eandem ſibi proponere,
& ad imitationem omniumq́; actionum exemplũ referre de-
bet optimus quiſque Princeps, ut cum hodie, referente Vlpi-
4 ano,[d] ei qui extra ordinem de crimine cognoſcit, liceat quam
uult ſententiam ferre, uel grauiorem uel leniorem, ita tamen,
ut in utroq; modo rationem non excedat, ſed æquabilem te
5 neat moderationem,[e] cum omnis pœna, quæ quidem pro de-
licti atque facinoris qualitate, ad coercendam nocentiſsimo-
rum hominum furioſam & efferatam peccandi licentiam irro
6 gari ſoleat, ipſi Principi ſit arbitraria:[f] cum & ipſius in poteſta
te poſitum ſit, admiſſam pœnam uel remittere, uel lenire, uel
7 augere:[g] maximè ſi cauſa ſit, quamobrem uel ſeuerior, uel mi-
8 tior pœna irroganda ſit:[h] item eos qui uel relegati, ſiue in inſu
lam deportati ſunt, ex benignitate aliqua reuocare, & in pri-
9 ſtinũ uitę ſtatũ reſtituere:[i] cum præſertim unius Principis ſit,
10 ex maiore aliqua cauſa exuli cõmeatum remeatum'ue dare.[k]
aut qui damnati ſunt, ut gladio in eos animaduertatur, eis
hanc gratiam facere, ut mulctam dent, ferantq́; pœnam pecu-
11 niariam.[l] Cum deniq; ad ipſius Principis benignitatem atq;
gratiam pertineat, in publica aliqua totius ciuitatis lætitia, re-
bus bene ac præclarè geſtis, aut pace undique conſtituta, abo
12 litionem criminum concedere,[m] ſeruet hanc in omnibus re-
bus, actionibus ac cauſis æquabilem tẽperationem, ut omnia
cum dignitate, cum Reipublicę ſalute, cum iuſta ſeueritatis &

a in l. reſpiciendũ. ff. de pœnis.
b in l. Pedius. §. 1. ff. de incend.
c Facit in hdo ratio. l. ſi finita. in princip. ff. de dam. infect. l. 3. C. de epiſcopal. audiẽt. l. Arrianus. ff. de accuſ. & obligat.
d in l. hodie. ff. de pœnis.
e gloſ. ult. in d. l. hodie.
f Bald. in l. cũctos populos. in princ. C. de ſumm. trinitat. et in l. ult. ff. de ſenator. & in l. legis uirtus. ff. de legib.
g l. ad beſtias. ff. de pœnis. Inſtitut. de iur. natur. §. planè.
h l. imperator. ff. ad municip. et de incol. l. quædam delicta. ff. de pœnis. c. innouamus. extr. de cenſib.
i l. releg. et ibi Bartbol. ff. de pœnis.
k d. l. relegati. ad fin. et facit l. 1. ad fin. et ibi gl. ff. de quæſt.
l Bald. in c. 1. §. iniur. tit. de par. iuram. firmand. & per Ioan. Andr. in nouel. in c. tdea. de conſuet. & per Archid. in c. duo. 24. quæſt. 4.
m l. 2. C. de abolitio. general.

clementiæ laude agat: ut in conſilium, in ſenatum, in iudicium non animi perturbationem aliquam, ſed prudentiā, longam rerum prouiſionem, iuſtitiam, æquitatem, morum diſciplinā, ſummam etiam uitæ innocentiam adhibeat.[a] Perpetuò uerò iuſtum Dei tribunal ante oculos habeat, cuius recordatione facile commouebitur, ne quid uel ſeuerius, uel remiſsius agat, 14
quàm cauſa poſtulet.[b]

a l. cæteræ. ff. famil. hercisc. d. . reſpiciendū.
b c. nouit. & quæ ibi notãtur, ext. de iudic.

AN NE PLERAQVE MVLTA PRINCIPIS poteſtati permiſſa ſint, quorum tamen moderationem requirat æquitas naturalis.

Cap. X.

1 *Non omne quod Principis poteſtati permittitur, idem iuris neceſsitati ſubijcitur.*
2 *Principi permiſſum, ut abſentem damnet.*
3 *Princeps abſentem in cauſſa ciuili damnare poteſt.*
4 *Princeps cum legibus ſolutus ſit, quare Auguſtam ijs ſubijcere uoluerit.*
5 *Principis reſcripta omnia hanc temperationem retinent, ut magis æſtimandi, quàm faciendi neceſsitatem inferant.*
6 *Principis poteſtati multa ſunt permiſſa, quæ tamen æquitatis naturalis moderatione temperantur.*
7 *Abſentem criminali iudicio condẽnare leges uetant.*
8 *Satius eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quàm damnare innocentem.*
9 *Princeps in ſuis actionibus ſolennitatem iuris poſitiui negligere poteſt.*
10 *Idem poteſt ſine fama inquiſitionem proponere.*
11 *Probationes in cauſa criminali luce clariores eſſe debent.*
12 *Princeps ex cauſa contra ius conſtituere poteſt.*
13 *Princeps iure communi utitur.*
14 *Princeps lege Iulia de ambitu non tenetur.*
15 *Princeps officia uendere poteſt.*
16 *Reipublicæ intereſt, ut ea præſtantiſsimorum hominum conſilijs regatur.*
17 *Princeps an ſuo uaſallo iuſtitiam impunè recuſare poſsit.*
18 *Iuſtitiæ eſt, ſuum unicuiq; ius tribuere.*
19 *Princeps ſententias ritè ac legitimè latas, uno uerbo extra ordinem reſcindere poteſt.*
20 *Princeps poteſt hominem liberum in alterius poteſtatem dedere.*
21 *Princeps conceſſum priuilegiū, quod in uim contractus trãſijt, reuocare non poteſt.*
22 *Princeps obligationem pignoris, quæ nulla eſt, confirmare poteſt.*
23 *Princeps interpoſitam tranſactionem, quæ nullitatis uitium continet, conualidare poteſt.*
24 *Princeps quæ à maioribus bene conſtituta ſunt, reuocare poteſt.*
25 *Princeps de peccato & iuramento diſponere poteſt.*
26 *Multa Principi permittuntur quæ tamẽ naturalis æquitatis moderamen, requirunt.*

CVM nō omne quod iudicis poteſtati permit-
titur, idem hoc ſubijciatr iuris neceſsitati, refe- 1
rente Paulo:[c] ueluti ut abſentē damnet:[d] cum
tamē hoc facere neceſſe non habeat, etiāſi ſer- 2
uato iudicij ordine illum ſiue iudicio adſit, ſi-
ue nō, uel damnare uel ſua ſententia abſolue- 3
re, in ciuili maxime cauſſa cogatur hodie:[e] cum & Princeps
ipſe

c in l. non quicquid. ff de iud.
d l. 1. C. quomod. & quand. iudex.
e l. properandum. §. 1. C. de iudicijs. gloß. in d. l. non quicquid. gloß. magn. in l. abſentem. ff. de pœnis.

ipſe qui legib.ſolutus eſt,[a] ſiue eas tulerit,ſiue ab alio latę ſint,[b]
auguſtā ideo fortè legib.ſolutā ex inductione & uoluntate ani
4 mi eſſe uoluerit,[c] ut nō quod libet, ſed quod licet,ſibi agendū
eſſe intelligat:[d] & hanc moderationē in omnib.reſcriptis tene
re, ne magis neceſsitatem faciendi, q̃ exiſtimandi cognitionē
5 iniūxiſſe pręſidi prouincię uideri poſsit: [e] facile adducor cùm
maiorum inſtitutis, tum uerò naturalis æquitatis ſenſu com-
motus,ut exiſtimem pleraque multa Principis poteſtati atq;
arbitrio permitti,quæ ex naturali quadam æquitate,modera-
6 tionem requirant.[f] Nam etſi non deſunt,qui Principi de pote
ſtatis plenitudine permittunt,ut abſentem criminali iudicio
condemnare poſsit:[g] cum tamen idem hoc ſcriptæ leges ue-
7 tent:[h] & Vlpianus ſcribat,[i] ſanctius eſſe impunitum relinqui
8 facinus nocentis, quàm damnare innocentem, ſequenda cer-
tè erit humanior ſententia.Eiuſdem eſt Principis,omiſſa & ne
glecta iuris poſitiui ſolennitate,& proceſſum inſtituere,[k] & ſi-
9 ne fama inquiſitionem proponere,[l] ſed cum criminibus pro-
10 bationes luce clariores requirantur,[m] adhibenda'q; ſit diligẽs
11 rerum perſonarum'que atque circumſtantiarum ratio,[n] beni-
gnius faciet Princeps, ſi nō temerè in inquiſitionē, uel accuſa-
tionem deſcendat.Princeps'cauſſa aliqua commotus,diſpēſa-
12 tionem cōtra ius facere poteſt:[o] quia tamen iure communi u-
13 titur,[p] pertinebit ad illius pudorem, eius uim non facile con
14 uellere. Vt etiam demus,Principem lege Iulia de ambitu non
15 teneri:[q] ac proinde officia uendere poſſe,[r] cum tamē Reipub
licæ magnopere interſit, ut præſtantiſsimorum hominum ad
quos honores,non pecuniæ,ſed excellentium uirtutum cauſa
deferuntur, prudentia, conſilio ac continentia regatur:[s] &
16 turpe propemodum ſit, ex nundinatione publicorum offi-
ciorum quæſtum facere: non uideo, quomodo hic quæ-
ſtus probari, aut etiam ulla honeſta ratione defendi poſsit,
quod Princeps ſuo uaſallo,iuſtitiam denegare impunè poſsit,
ut plęriq; exiſtimant,[t] quando iuſtitiæ,cuius tutelam is ſibi ſu
17 mit,proprium eſt, ſuum cuique uoluntatis perpetuæ ſtudio
tribuere.[u] Non ignoro eſſe qui ſcribant, Principem poſſe
18 ſententias legitimè latas extra ordinem, uno tantum uerbo
19 reſcindere.[x] hominem liberum in alterius poteſtatem dede-
20 re[a],conceſſum priuilegium, quod quidem in uim contractus
21 non

a l.princeps. b l.non et mae giſtratus.et l.pe nult.ff.de arb. c l.digna uox. C.de legib. et cõ ſtitutio. l.hac cõ ſultiſſima. §. ex imperfect. C. de teſtament. l. cõ multa.C.de bon. quæ lib. ex im- perfecto. de le- gat.3. d l.ſed licet.ff. de offic.præſid. l.ne omnib. con iunction.de reg. iuris. e l.ſæpe audiui. ff.de offic.præſ. f d.l. non quic- quid & l.ſæpè audiui. g Bald. in l.cũ quidem.C. de ac cuſationib. h l. abſentem. ff.de pœnis.l.ab ſentem. C.de acc cuſatio.l.ſi quon dam.de adult. l. 1.ff.de requirẽd. reis,&c. i in d.l. abſen tem.ff.de pœnis. k Bald. in c.1. tit.de form. fide litat.et in c.1.tit. de inueſtitur. lit oriatur. Hoſtien ſis in c. ad peti- tionem Gualte- rij.de accuſatio. Innocent. in c. cum oporteat. e. tit. l Bald. in l.nul lus.C.ad leg.Iul. maieſtat. m l.ſciant cun cti.C.de proba- tio. n d.l.reſpicien dum.et l.aut fa- cta.ff. de pœnis. l. et in legat.§C.

o Speculator in tit. de diſpenſatio.& in tit.de legat. §.nunc oſtendendum. p Bald. & Salicet. in l.Falcid. q Azo in ſumma.c.ad l. Iuliam.de ambit. r Bart. in l. Barbatius. ff. de offic. l. inſtar. ff. de iur. fiſc. & not.in l. 1. ff.ad l.Iul. de ambitu. s argumento ſunt quæ tot. ſcribunt. & in l. nam ſalutem. ff. de offic. præfect. uigil. t Matth. de afflict. in tit.'quæ ſint mon.'70. part.3. u l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iure. x Angel.in l.1.C.de ſentent.paß. liarum. ff. de manu. uin dict. & l. 1.C. de crimin. ſacrileg. a l. 2. §. ult.ff.de adoptionib.l. 1.C. prætor. per tit. de Officijs, regal.§.regalia. arg. l. apud Iu de mendicantib. ualid. lib. 11.

non tranſijt,ſine cauſſa reuocare:[a] aut illud,ſi contrà faciat,tol 22
lere,[b] obligationem pignoris quæ nulla eſt,[c] non aliter atq; in 23
firmam tranſactionem confirmare,[d] quæ à ſuis maioribus be- 24
ne ſtatuta ſunt, reuocare,[e] peccati turpitudinem ac iuramenti 25
religionem diſpenſatione relaxare,[f] et eius generis multa alia cõſtituere. Sed nõ uideo, quare neceſſe habeat Princeps quicquam, etiam cum poſsit, uel facere uel conſtituere, cuius probabili honeſtáq; ratione non commoueatur: ut mihi ſanè uideatur, ſine cuiuſquam uel offenſione, uel reprehenſione, quæ 26
ſemper à naturæ meæ moderatione ſtudiorumq; uſu abfuit, multa Principi permitti, quæ tamen naturalis æquitatis moderamen requirant.

a l. qui fundos. C. de omni agro deſerto. lib. 10. de ſentent. Bald. in l. qui ſe patr. C. unde liberi. et in c. 1. de natura feudi. cano. in c. nouit. extr. de iudic.
b c. ſubort. extr. de re iudicat.
c l. 2. ff. de reb. eorum.
d c. 1. extr. de tranſactio.
e Archid. 19. diſtinct. §. hoc autem.
f Matth. de aſflict. in c. 1. §. ſi quis hominem. num. 48. fol. 45.

AD PRINCIPIS VERECVNDIAM ATQVE temperantiam pertinere, ne temerè poteſtatis ſuæ amplitudine abuti uelit. Cap. XI.

1 *Ad Principis uerecundiam atq; temperantiam pertinere, ne temerè poteſtatis ſuæ plenitudine abuti uelit.*
2 *Quod Principi placuit, legis uigorem habet.*
3 *Ex omnibus rebus humanis nihil præſtabilius, quàm quod à nobis fit, eius rationem bonis uiris probari poſſe.*
4 *Studia noſtra omnia ad utilitatem publicam erunt referenda.*
5 *Inciuile eſt quicquam in Reipublicæ adminiſtratione impotenter facere.*
6 *Verum decus maximè illuſtratur, magnis in Rempublicam meritis.*
7 *In Reipublicæ adminiſtratione, non infinita cupiditas, ſed ratio, prudentia, atq; moderatio dominari debet.*
8 *Gentes olim populi ſalutem conſeruare, quàm alijs imperare maluerunt.*
9 *Quod Princeps de poteſtatis plenitudine facit, ei nihil opponi poteſt ad diminuẽdam illius gratiam.*
10 *Nec Principem nec pontificem ſibi ſumere temerè debere poteſtatis plenitudinem.*
11 *Pontifex Chriſti perſonam in terris gerere dicitur.*
12 *Pontifex ſi quicquam de poteſtatis plenitudine, contra Eccleſiæ ſtatum edicat, ei parendum non erit.*
13 *Quæ à principe de poteſtatis plenitudine conſtituũtur, in ijs non eſt opus citatione.*
14 *Princeps temerè poteſtate abſoluta abutens, peccato mortali implicatur.*

QVO auguſtior illuſtriorq; eſt Principis cùm poteſtas, tum amplitudo, hoc maiore cogitatione in hanc ſolicitudinem ipſi incumbendũ
erit, ne qua in re, loco, aut tẽpore uideri que- 1
at poteſtatis ſuæ plenitudine abuti uoluiſſe.[g]
cum enim, quod Principi placuit, legis uigorem habeat, referente Vlpiano[h]: ex omnibus autem rebus 2
humanis nihil uel præclarius uel præſtantius ſit, quàm ita in Republica uerſari, nihil ut actum aut conſtitutum uideri queat, quod non idẽ honeſtis rationibus probari bonis uiris poſſit:

g Bald. in tit. de pact. conſt. in uerb. libellarius. et in l. multum. C. de communi rerum alienatio. Franciſc. Curt. conſ. 180. nu. 29. part. 2.
h in l. quod princip. 1. ff. de conſtitutio. princip. et ibi DD. text. in l. ult. C. de leg. Bald. in l. 2. C. de ſeruit. et aqua. et in l. om. populi. ff. de iuſtit. et iur. cum noſtris. §. nos uero. ext. de conteſt. præbend. Abbas in c. quæ eccleſiarum. de conſtitut. gloſ. in l. releg. 3. ff. de pœnis. et facit l. ſi remuneranda. §. apud Iulian. ff. mandat.

3 ſit: [a] propterea quod omnia nobis, qui in ſalutem populi ſtu-
dia noſtra conuertimus, referenda erunt ad dignitatem publi
cam, ad Reipublicę ſplendorem, & eorum utilitates, quorum
4 fortunæ fidei atque tutelæ noſtræ ſunt cõcreditæ: [b] inciuile &
planè abſurdum erit, quicquam in adminiſtranda & regenda
5 Republica, impotenter uel facere, uel conſtituere [c]. Nam ut
uerum decus in uirtute poſitum eſt, quæ omnibus pręſtanti-
bus rebus ſuam adfert laudem atque gloriam, & loco ſuo pulſa,
etiã in tenebris lucet, maximè uerò illuſtratur magnis in Rẽ-
6 publicam meritis; [d] ita in Principis poteſtate, adeoque Reipubli
cæ adminiſtratione non ambitio, non intemperata cupiditas,
non licentia infinita, ſed ratio, prudentia, atque moderatio do-
7 minari debet. [e] Siquidem proprium optimi cuiuſque Principis,
& de ſalute communi præclarè cogitantis eſt, imperij uim om
nem, ornamentorũ omnium dignitatem, omnia iuris repagu-
la, in ſalutem populi conuertere, et eam in imperij atque Reipu-
blicę gubernaculis moderationem tenere uelle, quam propha
næ olim gentes, magiſtratibus integris, etiam compoſita &
conſtituta Republica ſecutæ ſunt, ut uidelicet populi ſalutem
poſſeſsiones atque fortunas ſeruare, quàm alijs imperare ma-
8 luerint. [f] Ac proinde, ſicut magnum & præſtabile haberi ſo-
let, quod Princeps de poteſtatis plenitudine facit, propterea
quòd nihil opponi facile poſsit, quod factam eius gratiam cõ-
9 ceſſumque beneficium infringere aut minuere queat: [g] ita perpe
tuo animi iudicio atque memoria tenenda eſt ſententia Inno-
centij, [h] aſſerentis, nec Põtificem nec Principẽ ſine magnis cau
10 ſis, & maiore aliqua Reipublicæ utilitate, debere ſibi poteſta-
tis plenitudinem ſumere: quando, ſi Pontifex, qui non homi-
11 nis, ſed Chriſti perſonam in terris gerere dicitur, [i] aliquid
claue errante, uel contra uniuerſalem Eccleſiæ ſtatum, non ul
la iuſta de cauſa, ſed poteſtatis plenitudine, ſtatuit, ei ſanè parẽ
12 dum non erit. [k] Quotiens autem Princeps iuſta cauſſa commo
tus, de poteſtatis ſuæ plenitudine aliquid conſtituit, non mà-
gnopere neceſſe habet citationem edere, uel proceſſus ſolen-
13 nitatem obſeruare. [l] Iuſtam cauſſam Principi ideo in omnib.
conſtitutionibus eſſe uolumus, quod mortali peccato ſe im-
plicet, quotiens temerè & ſine cauſſa abſolutam poteſtatem
14 ſibi aſſumit. [m]

PRIN-

a l. Diuus Marcus. ff. de offic. præſid. Iaſon in l. illam. num. 10. uerſic. limita tamen. C. de collatio.
b gloſſ. ſingularis in c. cum cõtingat. extr. de iureiurand. quod Dominic. in c. ut animarũ de conſtitutio. lib. 6. allegat. tent. in l. 1. §. idem aiunt, ſi aqua. ff. de aqua pluu. arcẽd. l. 2. §. item Varus. ff eod. titul. D.D. in l. 2. uerſic. nec cogitur. ff. ſolut. matr.
c Bald. in d. l. illã. et l. mutuũ. et faciunt quæ notãtur in l. meminerint. C. unde ui. et per Barth. in l. cum mulier. ff. ſolut. matrim. Franciſc. Curt. conſ. 180. num. 20. part. 2.
d l. 1 ff. de iuſt. et iur. clement. cupiẽtes. ibi Cardinal. de pœnis. gloſſ. in c. eccleſiaſticis. 12. quæſtio. 2. Bald. in l. Barbarius. ff. de officio præt. Felin. in c. dudũ. ad finem. ext. de præſumptio.
e l. obſeruandũ. ff. de offic. præſid. l. reſpiciend. ff. de pœn. & l. obſeruare. ff de offic. proconſ.
f l. nam ſalutẽ. ff. de offic. præfecti uigil. et in præfatio. Inſtit. præludijs feudorum, col. 9. uerſic. ſed pauca de Principe dicamus.
g Bald. in procem. decretal. col. 4. ibi allegans Compoſtella. & idem in. Imperdiũ. & ff. & paſſim.
h in c. innotuit. ext. de elect. uide et Panor. in c. ad hæc ſummus. ext. de reſcript.
i c. quanto. ext. de translatio. prælat. & c. licet. eod. tit. c. unic. §. porro ut eccleſiaſt. benefic.
k. Innocent. in d. c. quanto. & c. ad hæc ſummus. ibi quoque Panormit. ext. de reſcript. & idem Innoc. in c. quanto. ext. de conſuetudine.
l Franciſ. Curt. conſ. 157. num. 27. fol. 91. part. 2. et cõſil. 174. nu. 12. fol. 113. part. 2. &c.
m Matth. de Afflict. in c. unic. §. & iterum ſi clericus. de lege Conradi.

16 *Quo consilio motus auctor, hæc de iuriſdictione extra territorium non explicanda commemorare uoluerit.*

VERA eſt Pauli iuriſconſulti regula,[a] etiãſi de Principis poteſtate aliquãdo dubitatũ fuerit,[b] extra territorium ius dicenti impunè non parendum eſſe : quãdo etiam ſi quis ſu- 1
pra ſuã iuriſdictionem uelit ius dicere, ei cer- 2
tè parendum non erit, ſiue hoc ipſum re, ſiue loco, ſiue perſona, ſiue tempore fiat :[c] ac proinde receptum quoque eſſe, dominum certi loci non poſſe iudicando, uel ſtatuendo, uindicare, atque ulciſci iniurias ſuis ſubditis extra territorium illatas, licet is qui iniuriam damnum'ue dederit, in domini territorio habeat bonorũ poſſeſſiones:[d] Sed nec 3
ſtatuto edici poſſe, ut q proſcriptus ſit, ſiue bãno Imperiali deuinctus, extra territorium uel offendatur, uel occidatur: propterea quòd cum præſcriptionis ipſius uis extra territorium proſcribentis, extendi nequeat, cædem committit, qui proſcriptum alieno in territorio interimit:[e] & qui in loco, qui qui- 4
dẽ alieno in territorio ſitus, ſed tamen eius iuriſdictione exemptus ſit, quicquã ſibi ſumit, is certè uim committit: quoniam paria ſunt uel locum exemptum, uel alieno territorio ſubie- 5
ctum non eſſe.[f] Hæc tamen regula, ut extra territorium ius di- 6
centi, impunè non pareatur, ſicut locum præcipuè habet in iuriſdictione contentioſa, ita ſanè ceſſat in uolũtaria iuriſdictione:[g] aut quæ litigatorum conſenſu atque prorogatione, etiam territorij domini uoluntate ſuſcepta eſt:[h] uel ſi libertatis cau- 7
ſa atque quæſtio proponatur, cuius ſingularis quidã & natu- 8
ralis fauor eſt:[i] uel ſi eiuſmodi aliquis actus explicetur, quę cau- 9
ſæ cognitionem nõ requirat, ſed expedire poſſit à iudice pro tribunali non ſedente, ueluti cauſam aliquam alieno in territo- 10
ritorio alij delegare :[k] aut ſimile quiddam committere.[l] Vel ſi prouinciarum aliquot præſes, ius in una prouincia dicat in eos, quos in alia prouincia, in ſua tamen poteſtate atque territorio habeat[m] uel ſi magiſtratus aut dominus loci ui pulſus de ſuo territorio ius dicat in eos, quorũ turbatione atq; ui deie- 11
ctus eſt:[n] uel ſi tutor aut curator à iudice aliquo certi territorij, 12
datus ſit ad minorũ uiginti quinq; an. res atq; poſſeſſiones de- 13
fendẽdas : qui certè eiuſmodi curationem explicare poteſt, etiam in ijs bonis retinendis & recuperandis, quæ in alieno territo-

a in l. ext territorium. ff. de iuriſdict. omn. iudic.
b Io. de Imol. in c. paſtoralis. ext. de re iudic. Felin. in c. poſtulaſti. de for. competent.
c Alberic. & Iaſ. in d. l. extra territorium.
d Innocẽt. Ant. Card. Abbas, Felin. in d. c. poſtulaſti. de for. competent. num. 7. Bartb. in l. null. C. de Iudæis. & in l. ne quid. ff. de incend. rui. naufrag. Bald. in d. l. ult. de iuriſdict. om. iud.
e Io. de Imol. in d. c. paſtoral. de re iudic. Petr. de Anch. in comm. c. canonũ ſtatuta. de cõſtitutio. Iaſon. in d. l. ult. ff. de iuriſdict. omniũ iud. Bald. in l. 1. C. de hæredib. inſtituend. et in l. executorẽ. C. de execut. rei iud. idem Bald. in l. 2. C. de ſeru. fugit.
f c. cum epiſcopus. ibi gloſſ. de offic. iud. ordinar. lib. 6. Ioan. Andr. in c. 2. & ibi Gem. de conſtitut. lib. 6.
g gloſſ. in l. 2. et ibi alleg. in ll. in d. l. ult. ff. de iuriſd. om. iudic.
h gloſſ. in d. l. ult. et l. 1. ff. de offic. præſid. c. et iur. et ibi Bal. libert.
k l. leg. Iaſon. opt.

rito-

ſtatut. §. in nullo. de reſcript. lib. 6. gl. in c. ut litigant. de offic. iud. ordinar. lib. 6. Bart. in l. ult. ff. de inſtit. Fulgoſ. Paul. Alexand. &c. i l. non tantum. §. penult. et ibi gloſſ. in uerb. prouinciæ. ff. de fideicõmiſſ. ult. ff. de offic. præfect. urb. gl. in l. 3. ff. de offic. præſid. l Hoſtienſ. Iod. Andr. Abb. in c. nouit. de offic. in d. l. ubi. ff. de iuriſdictio. om. iud. m text. in d. c. nouit. ibi D D. Angel. & Moderni, in d. l. ult. ff. de iuriſdict. om. iud. n clement. 1. de for. competent.

14 ritorio ſunt ſit: a uel denique ſi conſuetudo, cuius magna ubi-
que uis eſt, in contrarium extet. b Extant in hanc rationem ple
15 ræq; aliæ limitationes paſsim, quas ſtudioſus lector, ſi ita cau-
ſa poſtulet, uidere poterit. Nos hęc notare ſimplici ac breui o-
16 ratione ideo uoluimus, quod in magno quodā Principe nō le-
uem errorem nuper deprehēderimus: c qui poteſtatis ſuę ple
nitudine elatus, putauit ſibi licere, ut alieno in territorio eum
qui damnum dediſſet, capere, captumq́ue impunè morti de-
dere poſsit.

a Barth. in l. legitimā. ad fin. ff. de legit. tutel.
b text. notab. in l. 3. §. ult. ff. de teſt. Bald. in c. 1. de teſt. cog. text. in c. ut litigantes. ad fin. de offic. iud. ordin.
c apud Iaſon. & alios in d. l. ult. ff. de iuriſd. om. iudic.

AN IVS SVVM PRINCEPS ALTERI SINE cauſſa adimere poſsit. Cap. XIIII.

1 *Principem poſſe omnia quæ nec diuini, nec naturæ, nec gentium iuris ſunt, de poteſtatis plenitudine, etiam ſine cauſſa auferre.*
2 *Princeps, quæ iuris poſitiui ſunt, facilius poteſt tollere.*
3 *Princeps ſententiam quæ in rem iudicatam tranſijt, reuocare poteſt.*
4 *Princeps legitimatione ſpuriorum, impedire hæreditatis ſucceſsionem poteſt.*
5 *Princeps priuilegium à ſe conceſſum poteſt reuocare.*
6 *Princeps ſupplicationem decernere, et eam ſententiam, à qua alioquin prouocari nō poteſt, reuidendam exhibere, etiam contra eam reſtitutionem dare poteſt.*
7 *Princeps actionem, non autem iuſtitiæ adminiſtrationem adimere poteſt.*
8 *Ciceronis doctrina, ne quid alieno iuri decerpere, & in noſtram utilitatem conuertere uelimus.*
9 *Iure naturæ iniquum eſt, ut alienis direptionibus ac ſpolijs noſtras augeamus utilitates.*
10 *Aequior humaniorq; eorum eſt ſententia, qui iudicant Principem non poſſe, niſi iuſta de cauſſa, alieno iuri detrectare.*
11 *Imperator etſi iuriſdictionem in uniuerſos habeat, tamē ſuum ius alteri adimere non poteſt.*
12 *Imperator ne quidem infidelibus ſuum ius decerpere poteſt.*
13 *Feudum ipſi uaſallo poteſtate domini ſine cauſſæ cognitione adimi non debet.*
14 *Inſidere Principis animo atq; uoluntati debet, ne quempiam rebus priuare temerè uelit, etiamſi poſsit.*
15 *Quæ iuſta cauſſa Principi ſit, ut alteri ſuum detrahere poſsit.*
16 *Cauſſa Principis in dubio ſemper iuſta præſumitur.*
17 *Ciuitates poſſe iuſta de cauſſa, & remunerandi ſtudio rem alienam transferre.*
18 *Qui generalem poteſtatem habet, ei non licet uel ſuum alteri adimere, uel læſionem inferre.*
19 *Sapientis eſt omnibus prodeſſe, nocere nemini uelle.*
20 *Omnibus hoc propoſitum eſſe debet, ut eadem ſit utilitas uniuſcuiuſq;.*
21 *Si quid alteri adimatur ex cauſſa, eius precium ſiue compenſatio dari debet.*
22 *Si quæ res aliena per Principem errore quodam alteri ſit data, ad eam conſequendam datur actio in fiſcum.*
23 *Archidiaconi omnia ad Principis uoluntatē poteſtatemq; referentis ſententia ſeuerè reprobata.*
24 *Princeps ſuam poteſtatem ad Chriſti leges conformare debet.*
25 *Quam uim habeat Principis ſententia, remiſsiuè.*

NON me latet, multos iuris interpretes, optima-
rum legum ſcientia, ingenio & doctrina præ-
ſtantes in ea ſententia hærere, ut exiſtiment
Principi de poteſtatis plenitudine, maximè
cū annexa clauſula NON OBSTANTE, & EX
CERTA SCIENTIA fas eſſe atque licere, ut
omnia ea quę nec diuino, nec naturæ, nec gentiū iure inducta
ſunt, etiā ſine cauſſa, & in grauē alterius ſiue læſionē, ſiue pręiu-
diciū tollere atq; adimere poſsit: [a] idq; præcipuè, ſi Princeps 1
ipſe auctor atq; cauſſa eius iuris acquiſiti fuerit, quod ſine ulla
cauſa de poteſtatis ſuæ plenitudine adimit, cuiuſmodi eſt il-
lud, quod uel pręſcriptione, uel uſucapione acquiſitū dicitur:
quorū utrunq; ab imperatoribus & principibus conſtitutum
eſt, & alijs adimi nulla de cauſſa, ſed poteſtatis tantum plenitu-
dine poteſt. [b] Sic enim Princeps ſententiam, quæ & in rem iu- 2
dicatam tranſiuit, & dominij translationem tribuit, reſcinde-
re: [c] ſic legitimatione ſpurij facta, [d] uel alio modo hæreditatē il- 3
lis qui per aditionem eam ab inteſtato acquiſiuerunt adime- 4
re: [e] ſic priuilegium à ſe conceſſum reuocare, [f] ſic ſupplicatio- 5
nem ad recognoſcendam ſiue examinandam eam ſententiam
quæ & ſemel dicta eſt, & nulla prouocatione ſiue appella-
tione impediri poteſt, quo minus in rem iudicatam tranſeat,
iuſq; inter partes conſtituat, [g] decernere, & aduerſus eam re-
ſtitutionem in integrum dare; [h] ſic actionem quæ iuris ciuilis 6
eſt, [i] non autem iuſtitiæ adminiſtrationem, quæ primæuo iu-
re introducta, & regia manu adminiſtranda eſt, [k] adimere, &
quædam alia huius generis conſtituere poteſt. Cum tamen 7
Cicero, homo ethnicus, & in Republica regenda princeps or-
natiſsimus, ſcribat, [l] detrahere alteri aliquid, & hominem ho- 8
minis incommodo ſuum augere commodum, magis eſſe con-
tra naturam, quàm mortem, quàm paupertatem, quàm dolo-
rem, quàm cætera quæ uel corpori uel rebus externis acci-
dere queant: propterea quòd hæc ipſa illiberalis alienæ rei
ambitio, deformiſq; appetitus, hominum ſocietatem atq; com-
munitatem, quàm leges incolumem eſſe uolunt, [m] planè euer-
tat: cùm & diuinæ & humanæ leges, quibus omnes, qui ſe-
cundum naturam uiuere uolent, parēre debent, magnope-
re uetent atque caueant, ne alienum appetamus, & id quod
alteri

a Gloſ. cōmuniter approbata, in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilit. public. l. quotiens. C. de precib. Imperator. offerend. l. 1. ff. de conſtit. Princip. Canoniſt. in c. quæ in eccleſ. ext. de conſtitutio. Angel. in l. litem ſi uerberatum. §. 1. ff. de rei uendicat. et l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. cōmunia prædior. & l. Lucius. ff. de euictio. ubi eos qui contrariā ſententiam ſequūtur, mēdacij arguit. et l. 3. §. ſi is pro. ff. quod quiſq; iuris. et l. 2. C. de quadriē. præſcript. And. Sicul. in d. c. quæ in eccleſiarum.

b Angel. in d. l. Lucius. ff. de euict. Bald. in l. ult. col. penult. uerſic. ſed immediatè opponitur. C. ſent. reſcind. non poſſe.

c Bald. in d. l. ult. C. ſent. reſc. non poſſe.

d Vide Franciſc. Curt. conſ. 157. num. 17. fol. 90. part. 2. & conſil. 138. num. 10. fol. 66. part. quoq; 2.

e Paul. de Caſtr. in l. cum hæredes. ff. de acquirend. poſſeſ. & l. 3. ff. de teſtament. Panormit. conſ. 82. quod incipit, illud in ſumma. ad finem propè. Barto. & alij cōmuniter omnes, in l. Gallus. §. etſi quid tantum. ff. de liber. & poſthum.

f gloſ. ult. in c. decet. de reg. iur. lib. 6. Angel. in l. Antiochenſium. ff. de priuileg. creditor.

g l. res iudicata. ff. de reg. iur.

h c. cum ex literis. c. auditis. extr. de in integr. reſtit. pulchrè Franciſc. Curtius iunior. conſil. 1. uolum. 1. nu. 19. 20. 21. & conſil. 174. part. 2. ad medium.

i l. 2. ff. de orig. iur. Panormit. in c. quæ in eccleſiarum. num. 13. de conſtitutio. aſſerens hanc eſſe communem opinionem.

k Panor. in loc. prædict. per l. 2. ff. de orig. iuris.

l in lib. 3. Officiorum.

m l. ut uim. ff. de iuſtit. & iur.

alteri detraxerimus, uel in noſtras, uel in alienas commodita-
9 tes conuertamus:[a] cum denique naturæ iure iniquum ſit, ut
contra eam quæ natura nobis inſita eſt, excelſitatem animi, cō
tra iuſtitiam, quæ ſuum ius, conſeruata æqualitate, unicuique
tribuit,[b] contra comitatem et liberalitatem, aliorū fraude, pau
pertate, damno atque ſpolijs facultates noſtras atque copias
augere uelimus:[c] uidetur probabilor & aliquanto etiam ęqui
or illorum ſententia, qui & hanc Principis poteſtatem abſo-
lutam conſtringunt, & iudicant illum non temerè, ſed aliqua
cauſſa cōmotū, poſſe de poteſtatis plenitudine, iuri alieno de-
10 trahere.[d] Nam ut prior illa ſententia, quamuis dura & parum
benigna, in quadam doctiſsimorum hominum diſceptatione
uertitur, etiamſi magnorum uirorum teſtimonijs fulciatur: i-
ta hæc poſterior, ſine omni controuerſia communi omnium
11 conſenſu atque iudicio eſt comprobata,[e] quoniam Imperator
qui in uniuerſos iuriſdictionem habet, ſine cauſſa rem ſuā alte-
ri adimere nō poteſt:[f] propterea quòd ſibi dominium rerum
12 priuatarum, quæ iam olim occupantibus conceſſæ fuerant,[g]
ſumere nequeat:[h] nec infidelibus ſuum detrahere ſine iuſta
cauſa debet:[i] nec ſine cauſſæ cognitione Princeps feudum ſuo
uaſallo adimere poteſt, ideo quòd in feudo cōtractus quidam
13 eſt, in quo ultro citroq; naſcitur obligatio.[k] Eſſe igitur iuſta &
legitima cauſſa Principi debet, cùm ipſius iuſticiæ, quæ uolun
tate perpetua ſuum unicuique tribuit, tum etiam honeſtatis
publicæ amore, quamobrem ius acquiſitum alteri adimere ue
14 lit.[l] Eſt'que ea iuſta cauſſa, quæ cum utilitate atque fauore
15 publico coniuncta eſt:[m] quæ ſi non appareat, ſemper tamen &
16 in dubio in Principe præſumitur.[n] Hæc enim efficit atque prę
ſtat, ut non ſolū Princeps iuſta cauſa cōmotus, uerum etiam ci
uitas rem priuati in eorū uſum conuertere poſsit, quorum uel
in florente, uel laborante Republica multa & præclara in pu-
blicam omnium utilitatem exciterunt officia: quorum rebus
geſtis ſalus Reipublicę, libertas ciuibus, honos magiſtratibus,
ſeueritas iudicijs, cunctis fortunarum omnium trāquillitas re
ſtituta ac conſeruata eſt: qui & eam animi magnitudinem atq;
excelſitatem in rebus ſtrenuè & præclarè geſtis retinuerunt,
ut ſuis

a argum. huius eſt decalogus Chriſti, in c. 8. et 9. et l. iuſticia. ff. de iuſt. et iur. b d. l. iuſticia. ff. de iuſt. et iur. c l. iur. nat. ff. de reg. iur. l. nā hoc natura. ff. de condict. indeb. l. cū hi. §. ſi quis de. ff. de transact. l. illicitas. u. reſponſo. ff. de offic. præſid. d DD. in c. quæ in eccleſiarum. ext. de conſtitutio. Iacob. de Aretin. & Barth. in l. ult. C. ſi contr. ius uel util. public. moderni in d. c. quæ in eccleſ. e Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. et iur. Philipp. Dec. conſ. 269. part. 2. nu. 7. et DD. in d. c. quæ in eccleſ. f Abb. Panor. in d. c. quæ in eccleſiarum. Archidiac. et Dominic. in c. ius ciuile. 1. diſtinctio. Innocent. in c. quia plerique. de immunitatio. eccl. g tot. tit. Inſtitut. de rer. diuiſio. h Abbas in d. c. quæ in eccleſ. nu. 11. i Innocent. in c. ſuper his. ext. de uoto. Prapoſi. diſtinct. 1. c. 1. Oldrad. latè conſ. de natur. feud. ſcribit in ſuo cōſil. 313. uol. 4. nu. 1. banc eſſe magis communem ſententiam per ea quæ notantur in l. benè à Zenone. C. de quadr. præſcr. in c. cum ab eccleſiar. de conſtit. & in l. quotiens. C. de precib. Imper. offerend. & in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. public. Innocent. Panorm. & DD. in d. c. quæ in eccleſiarum. & in c. quia plerique. ext. de immun. eccl. Cynus. in l. quotiens. C. de precib. Imperator. offerend. et in l. ult. C. ſi contra ius. ibi quoq. Barto. & Bald. Philip. Dec. pulchrè conſil. 269. part. 2. nu. 6. & 7. m l. item ſi uerberatum ff. de rei uendicatio. et in l. Antiochenſium. ff. de priuileg. creditor. Panor. in d. c. quæ in eccleſiar. nu. 11. et in l. uenditor. §. ſi conſt. ubi opt. text. ff. cōm. prædiorū. Barth. in l. 1. ff. de conſtit. Bald. in l. ſi teſt. C. de teſt. &c. n Cynus in d. l. quot. et l. ult. et Ioan. Andr. item Pan. et alij in d. c. quæ in eccleſiarum.

264. et conſil. 87. k c. de forma. 22. quæſtio. 5. l. liber homo ff. de uerbor. oblig. et probat. in c. 1. tit & c. 2. tit. de feud. ſin. culp. non admittend. Panormit. in d. c. quæ in eccleſiar. l Petr. Philip. Corneus

NON me latet, multos iuris interpretes, optima-
rum legum ſcientia, ingenio & doctrina præ-
ſtantes in ea ſententia hærere, ut exiſtiment
Principi de poteſtatis plenitudine, maximè
cū annexa clauſula NON OBSTANTE, & EX
CERTA SCIENTIA fas eſſe atque licere, ut
omnia ea quę nec diuino, nec naturæ, nec gentiū iure inducta
ſunt, etiā ſine cauſſa, & in grauē alterius ſiue læſionē, ſiue prę-iu-
diciū tollere atq; adimere poſsit: [a] idq; præcipuè, ſi Princeps 1
ipſe auctor atq; cauſſa eius iuris acquiſiti fuerit, quod ſine ulla
cauſa de poteſtatis ſuæ plenitudine adimit. cuiuſmodi eſt il-
lud, quod uel preſcriptione, uel uſucapione acquiſitū dicitur:
quorū utrunq; ab imperatoribus & principibus conſtitutum
eſt, & alijs adimi nulla de cauſſa, ſed poteſtatis tantum plenitu-
dine poteſt. [b] Sic enim Princeps ſententiam, quæ & in rem iu- 2
dicatam tranſiuit, & dominij tranſlationem tribuit, reſcinde-
re: [c] ſic legitimatione ſpurij facta, [d] uel alio modo hæreditatē il- 3
lis qui per aditionem eam ab inteſtato acquiſiuerunt adime- 4
re: [e] ſic priuilegium à ſe conceſſum reuocare, [f] ſic ſupplicatio-
nem ad recognoſcendam ſiue examinandam eam ſententiam 5
quæ & ſemel dicta eſt, & nulla prouocatione ſiue appella-
tione impediri poteſt, quo minus in rem iudicatam tranſeat,
iusq; inter partes conſtituat, [g] decernere, & aduerſus eam re-
ſtitutionem in integrum dare: [h] ſic actionem quæ iuris ciuilis 6
eſt, [i] non autem iuſtitiæ adminiſtrationem, quæ primæuo iu-
re introducta, & regia manu adminiſtranda eſt, [k] adimere, &
quædam alia huius generis conſtituere poteſt. Cum tamen 7
Cicero, homo ethnicus, & in Republica regenda princeps or-
natiſsimus, ſcribat, [l] detrahere alteri aliquid, & hominem ho- 8
minis incommodo ſuum augere commodum, magis eſſe con-
tra naturam, quàm mortem, quàm paupertatem, quàm dolo-
rem, quàm cætera quæ uel corpori uel rebus externis acci-
dere queant: propterea quòd hæc ipſa illiberalis alienæ rei
ambitio, deformisq; appetitus, hominum ſocietatem atq; com-
munitatem, quam leges incolumem eſſe uolunt, [m] planè euer-
tat: cum & diuinæ & humanæ leges, quibus omnes, qui ſe-
cundum naturam uiuere uolent, parēre debent, magnope-
re uetent atque caueant, ne alienum appetamus, & id quod
alteri

a Gloſſ. cōmuniter approbata, in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilit. public. l. quotiens. C. de precib. Imperator. offerend. l. 1. ff. de conſtit. Princip. Canoniſt. in c. quæ in eccleſ. ext. de conſtitutio. Angel. in l. item ſi uerberatum. §. 1. ff. de rei uendicat. et l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. cōmunia prædior. & l. Lucius. ff. de euictio. ubi eos qui contrariā ſententiam ſequūtur, mēdacij arguit. et l. 3. §. ſi is pro. ff. quod quiſq; iuris. et l. 2. C. de quadriē. præſcript. And. Sicul. in d. c. quæ in eccleſiarum.

b Angel. in d. l. Lucius. ff. de euict. Bald. in l. ult. col. penult. uerſic. ſed immediatè opponitur. C. ſent. reſcind. non poſſe.

c Bald. in d. l. ult. C. ſent. reſc. non poſſe.

d Vide Franciſc. Curt. conſ. 157. num. 17. fol. 90. part. 2. & conſil. 138. num. 10. fol. 66. part. quoq; 2.

e Paul. de Caſtr. in l. cum hæredes. ff. de acquirend. poſſeſſ. & l. 3. ff. de teſtament. Panormit. conſ. 82. quod incipit, illud in ſumma. ad finem propè. Barto. & alij cōmuniter omnes, in l. Gallus. §. etſi quid tantum. ff. de liber. & poſthum.

f gloſſ. ult. in c. decet. de reg. iur. lib. 6. Angel. in l. Antiochenſium. ff. de priuileg. creditor.

g l. res iudicata. ff. de reg. iur.

h c. cum ex literis. c. auditis. extr. de in integr. reſtit. pulchrè Franciſc. Curtius iunior. conſil. 1. uolum. 1. nu. 19. 20. 21. & conſil. 174. part. 2. ad medium.

i l. 2. ff. de orig. iur. Panormit. in c. quæ in eccleſiarum. num. 13. de conſtitutio. aſſerens hanc eſſe communem opinionem.

k Panor. in loc. prædict. per l. 2. ff. de orig. iuris.

l in lib. 3. Officiorum.

m l. ut uim. ff. de iuſtit. & iur.

alteri detraxerimus, uel in noſtras, uel in alienas commodita-
9 tes conuertamus:[a] cum denique naturæ iure iniquum ſit, ut
contra eam quæ natura nobis inſita eſt, excelſitatem animi, cō
tra iuſtitiam, quæ ſuum ius, conſeruata æqualitate, unicuique
tribuit,[b] contra comitatem et liberalitatem, aliorū fraude, pau
pertate, damno atque ſpolijs facultates noſtras atque copias
augere uelimus:[c] uidetur probabilior & aliquanto etiam ęqui
or illorum ſententia, qui & hanc Principis poteſtatem abſo-
lutam conſtringunt, & iudicant illum non temerè, ſed aliqua
cauſſa cōmotū, poſſe de poteſtatis plenitudine, iuri alieno de-
10 trahere.[d] Nam ut prior illa ſententia, quamuis dura & parum
benigna, in quadam doctiſsimorum hominum diſceptatione
uertitur, etiamſi magnorum uirorum teſtimonijs fulciatur: i-
ta hæc poſterior, ſine omni controuerſia communi omnium
11 conſenſu atque iudicio eſt comprobata,[e] quoniam Imperator
qui in uniuerſos iuriſdictionem habet, ſine cauſſa rem ſuā alte-
ri adimere nō poteſt:[f] propterea quòd ſibi dominium rerum
12 priuatarum, quæ iam olim occupantibus conceſſæ fuerant,[g]
ſumere nequeat:[h] nec infidelibus ſuum detrahere ſine iuſta
cauſa debet:[i] nec ſine cauſſæ cognitione Princeps feudum ſuo
uaſallo adimere poteſt, ideo quòd in feudo cōtractus quidam
13 eſt, in quo ultro citroq́; naſcitur obligatio.[k] Eſſe igitur iuſta &
legitima cauſſa Principi debet, cùm ipſius iuſticiæ, quæ uolun
tate perpetua ſuum unicuique tribuit, tum etiam honeſtatis
publicæ amore, quamobrem ius acquiſitum alteri adimere ue
14 lit.[l] Eſt'que ea iuſta cauſſa, quæ cum utilitate atque fauore
15 publico coniuncta eſt:[m] quæ ſi non appareat, ſemper tamen &
16 in dubio in Principe præſumitur.[n] Hæc enim efficit atque prę
ſtat, ut non ſolū Princeps iuſta cauſa cōmotus, uerum etiam ci
uitas rem priuati in eorū uſum conuertere poſsit, quorum uel
in florente, uel laborante Republica multa & præclara in pu-
blicam omnium utilitatem extiterunt officia: quorum rebus
geſtis ſalus Reipublicę, libertas ciuibus, honos magiſtratibus,
ſeueritas iudicijs, cunctis fortunarum omnium trāquillitas re
ſtituta ac conſeruata eſt: qui & eam animi magnitudinem atq;
excelſitatem in rebus ſtrenuè & præclarè geſtis retinuerunt,
ut ſuis

a argum. huius eſt decalogus Chriſti, in c. 8. et 9. et l. iuſticia. ff. de iuſt. et iur.
b d. l. iuſticia. ff. de iuſt et iur.
c l. iur. nat. ff. de reg. iur. l. nã hoc natura. ff. de condict. indeb. l. cū hi. §. ſi quis de. ff. de tranſact. l. illicitas. §. reſponſo. ff. de offic. præſid.
d D D. in c. quæ in eccleſiarum. ext. de conſtitutio. Iacob. de Artin. & Barth. in l. ult. C. ſi contr. ius uel util. public. modern. in d.c. quæ in eccleſ.
e Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. et iur. Philipp. Dec. conſ. 269. part. 2. nu. 7. et D D. in d. c. quæ in eccleſ.
f Abb. Panor. in d.c. quæ in eccleſiarum. Archidiac. et Domin. in c. ius ciuile. 1. diſtinctio. Innocent. in c. quia pleriq;. de immunitatio. eccl.
g tot. tit. Inſtitut. de rer. diuiſio.
h Abbas in d. c. quæ in eccleſiarum. ti.
i Innocent. in c. ſuper his. ext. de uoto. Præpoſ. diſtinct. 1. c. 1. Oldrad. latè conſ. 164. et conſil. 87.
k c. de forma. 22. quæſtin. 5. l. liber homo ff. de uerbor. oblig. et probat. in c. 1. tit de natur. feud. & c. 1. tit. de feud. ſin. culp. non admittend. Panormit. in d. c. quæ in eccleſiar.
l Petr. Philip. Cornæus ſcribit in ſuo cōſil. 313. uol. 4. nu. 3. hanc eſſe magis communem ſententiam per ea quæ notantur in l. benè à Zenone. C. de quadr. præſcr. in c. cum ab eccleſiar. de conſtit. & in l. quotiens. C. de precib. Imper. offerend. & in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. public. Innocent. Panorm. & D D. in d. c. quæ in eccleſiarum. & in c. quia plerique. ext. de immun. eccl. Cynus in l. quotiens. C. de precib. Imperator. offerend. et in l. ult. C. ſi contra ius. ibi quoq;. Barto. & Bald. Philip. Dec. pulchrè conſil. 269. part. 2. num. 6. & 7.
m l. item ſi uerberatum ff. de rei uendicatio. et in l. Antiochenſium. ff. de priuileg. creditor. Panor. in d. c. quæ in eccleſiar. nu. 11. et in l. uenditor. §. ſi conſt. ubi opt. text. ff. com. prædiorū. Barth. in l. 1. ff. de conſtit. Bald. in l. ſi teſt. C. de teſt. &c.
n Cynus in d. l. quot. et l. ult. et Ioan. Andr. item Pan. et alij in d. c quæ in eccleſiarum.

ut ſuis ciuibus in periculis adiumento, in laboribus ſolatio, in uictoria oramento fuerint: quibus quod datū eſt, etiamſi hoc alteri ademptū ſit, nō tam illud ex liberalitate, quàm uel remunerandi uel gratificandi uoluntate atq; ſtudio, profectum uideri poſsit: cū alioquin ei cui generalis poteſtas conceſſa eſt, 17
non permittatur, ut uel ſuum alteri adimat, uel læſionem aliquam inferat.[b] Qua tamen in re hæc adhibenda erit cùm dili- 18
gens ratio, tum uerò benignitas, ut cum ſapientis hominis ſit, omnibus quibus cum naturæ lege, atq; coniunctione, uitaq; ſocietate coniunctus eſt, magnopere prodeſſe, nocere autem
nemini uelle:[c] uel ut Cicero in lib. Officior. tertio ait, cum unū 19
eſſe omnibus propoſitum debeat, ut eadem ſit utilitas uniuſ- 20
cuiuſq; & uniuerſorum: quam ſi ad ſe quiſq; rapiet, diſſoluetur omnis humana conſociatio: atq; etiam ſi hoc natura præſcribit, ut homo homini, quicunq; ſit, ob eam ipſam cauſſam quòd is homo ſit, conſultum uelit, eo'q; neceſſe ſit ſecundum eandem naturam omnium utilitatem eſſe communem, &c. hanc moderationem teneat, quicunque is ſit, qui alij adimit, quod uel in priuatum, uel publicum uſum transferat, ut precium rei ablatæ reſtituat: quoniam hunc morem atque benignitatem à maioribus ſeruatam & comprobatam eſſe, paſsim
uidere licet, & honeſtatis publicæ ratio poſtulat:[d] & receptū 21
quoque eſt, ſi alienæ rei donatio per Principem facta ſit cum ignoratione aliqua, aut per errorē, cum nihilominus, cui res ablata ſit, poſſe ad conſequendam rei ademptæ æſtimationem
atque precium agere contra Principis fiſcum.[e] Reprobata e- 22
nim à Bartholo[f] & Baldo,[g] grauiter & ſeuerè eſt opinio Ar- 23
chidiaconi in c. cuncta. c. cum uerò. c. principalē. 9. quæſtio. 3. qui tantum poteſtati abſolutæ Principis tribuit, quantum eius uel ambitio, uel cupiditas in detrectatione rerum alienarum expetit: & contrà eorum laudata ſentētia, qui uniuerſam Principis poteſtatem conſtringunt honeſti & æqui ratione, quam intueri et ſpectare debet, quiſquis uel Imperij, uel rerū,
uel Reipublicę gubernacula tenet, quando ſuarum actionum 24
omnium iudicem atque uindicem habet IESUM CHRISTUM: ad cuius præceptiones quiſquis ſe conformauerit, facilè hanc moderationem retinebit, ne ſuum ius temerè alteri adimat, aut alienarum rerum ſpolijs atque direptionibus ſuas augeat commoditates. Extant etiam pulchræ in primis præce ptiones

a Bald. in l. quæcunq. ad fin. C. de iure. fiſci. lib. 10. ibi allegans l. certa forma. eod. tit. et l. item ſi uerberatū. §. 1. ff. de rei uend. et idem Bald. in l. reſcripta. col. ult. C. de prec. imperator. offerend. Alexand. conſ. 94. lib. 5. quod incip. ſimpliciter in propoſito. Ludou. Rom. ualdè copioſè, in conſ. 310. cuius initiū eſt, in cauſſa propoſitæ conſultationis. ubi quoq; præter cæter. allegat. d. l. Lucius. et l. 2. et 3. C. pro quib. cauſ. ſer. præm. libertat. accip. & l. ſi qs in grau. §. hi quoq. ff. ad ſenatuſconſult. Sylianum.
b Barth. in l. iotiēs. §. ſi cui. ff. de pollicitat. alleg. l. 2. §. merit. et §. ſi qs à prin. ff. ne quid in loc. publ. et idem in l. ambitioſa, uerſic. item ex uirtute dicti arbitrij. ff. de decret. ab ordin. faciēd. et idē in l. filius familias. in uerſic. extra gloſ. ff. de donatio. Bal. in l. milites. C. de teſt. militar. et hos omnes ſecutus Philipp. Decius. conſil. 651. part. 5.
c l. 1. §. licet autē. ff. de peric. et cōmod. rei uend. l. ſeru. ff. de ſeruis export. d Andr. de Iſer. Matth. de Afflict. in tit. quæ ſint regal. §. plauſtr. part. 1. & idē Andr. in c. 1. §. ult. tit. de cap. qui uirt. uend. et in c. 1. ibi gl. tit. de nat. feud. et c. 1. §. poſt. nat. de pac. tenend. D D. in l. 2. C. pro quib. cauſ. ſer. præm. libert. accip. Lucas de pen. in l. ult. C. de ruſtic. ad null. obſeq. deuot. et l. ult. de loc. præd. ciuil. lib. 11. e l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. gloſ. in l. 2. C. de cōm. rerum alienat. Abb. in c. 2. de reb. eccleſ. non alienand. f in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. public. g in l. penult. C. ſentent. reſcind. non poſſ.

ptiones alicubi, quàm uim atque poteſtatem illud, quod Princeps ex certa ſcientia concedit, habeat.[a]

PRINCIPIS MOTVS AN IVSTA CAVSSA habeatur? Cap. XV.

1 *Princeps non uidetur quippiam uelle, quod non idem iuſtum atq; legitimum ſit.*
2 *Quod proprio motu Principis fit, non uidetur perpetuò legitimè factum.*
3 *Principis motus proprius nihil decerpit, uel detrahit iuri alterius.*
4 *Principis motus proprius non falſi ſuſpicionem, non perſonæ inhabilitatem, ſed ſubreptionis uitium tantum purgat.*
5 *Principis motus proprius an excedat intentionem concedentis?*
6 *Motus proprius Pontificis quam uim complectatur?*
7 *Iuris communis impedimenta non niſi ratione tolluntur.*
8 *Motus proprius Principis non inducit diſpenſationem ad tollendum obſtaculum iuris communis.*
9 *Principis motus proprius argumento eſt, illum facti rerumq; circumſtantijs inſtructum eſſe.*
10 *Cum Princeps negotium aliquod motu proprio & ex certa ſcientia reuocat, non habet neceſſe de eo iudicem inferiorem facere certiorem.*

PRINCIPIS intentio etſi eò conuerſa uidetur,
ut omnes eius cùm actiones, tū ſtudia cum
Dei uoluntate, cum optimarum legum præ-
ceptis, cum honeſtate publica ſint coniun-
ctę,[b] neque ſuſpicio eſt quicquam illum con
1 ſtituere uelle, quod ius alterius lædere atq;
labefactare magnopere poſsit:[c] non tamen exiſtimo, quod ab
2 illo MOTV PROPRIO fit, illud quoque honeſta optimaq; de cauſſa factū ſemper uideri: propterea quòd Principis
3 motus non hanc uim cōplectatur, ut uel iuri alterius quæſito
quicquam detrahat, ſed tantum ut ſubreptionis uitium, non
autem aliam inhabilitatem, aut falſi ſuſpicionem purget atq;
adimat:[d] neque tamen excedat intentionem uoluntatemq; cō
cedentis.[e] Tametſi non deſint, qui ſcribant Principis motum
4 hanc quoque uim retinere, ut facta gratia ultra præſumptam
5 intentionem concedentis extendatur:[f] quæ ſententia nobis
6 quoque non admodum improbatur. Sed & motus proprius
in Pontifice hoc præſtat, ſi annexam habeat clauſulam genera
lem, non obſtantibus ſtatutis, quod omnia impedimenta &
7 obſtacula per ſtatuta eccleſiæ inducta adimat: non tamen iu-
ris communis impedimenta, quę ſola ratione dimouentur, tol
lat.[g] aut etiam eiuſmodi aliquam diſpenſationem adferat, qua
lem maximè iuris obſtaculum, ad tollendum omne impedimē
8 tum, requirit.[h] Et ſanè quotiens Princeps profitetur, motu
proprio ſe quippiam uel conceſsiſſe, uel ſtatuiſſe: totiens præ-

m ſumptio

a apud Philip. Decium, conſ. 498. part. 4. nu. 26. & conſ. 191. nu. 4. part. 2. fol. 142. fo. 50. et Petri Philip. Cornæ. conſ. 85. nu. 16. fol. 70. part. 4. et apud eundem conſil. 196. num. 3. fol. 189. uol 2.
b Bald. in l. 1. ff. de conſtitut. princip. ibi quoque Iaſon. nu. 3.
c l. auctoritate. l. meminerint. cum gloſ. C. unde ui. Bald. in d. l. ibi quoque Iaſon. et alij. ff. de conſtit. Alex. conſ. 125. uol. 2. cuius initiū eſt, Viſo titulo quæſtionis. gloſ. in clement. ſi Romanus. de præbend. D. de Rota in deciſio. nouiſ. deciſ. 4.
d Hoſtieſ. in c. cauſſam quæ. eo lect. 2. de teſtib. tex. in c. ſi motu prop. de præb. lib. 6. et clemēt. ſi Roman. eod. tit. Petr. de Anchar. in conſil. 183. Viſis conſilijs. Philip. Dec. conſil. 407. ad med. part. 5.
e Abb in d. c. cauſſam quæ lo. 2. de teſt. ibi quoque Felinus.
f text. in d. clē. ſi Roman. pont. et Felin. in d. c. cauſſam quæ.
g DD. in c. 1. de fil. preſb. & ibi ſod. de Imol.
h Ioan. Imol. in d. c. 1. de fil. preſbyteror.

ſumptio non leuis eſt, illum facti rerumq́ circumſtātijs inſtructum, neque leuiter inductum eſſe: quamobrem ea quæ conceſſa ſunt, uideri queant non omnino improbari poſſe.[a] Illud 9
tamen obſeruare cōuenit, cum Princeps motu proprio, & ex certa cauſſa negotium aliquod ad ſe reuocet, non opus eſſe, ut de eo certiorem faciat iudicem inferiorem:[b] ſi tamen interea 10
quippiam per ignorantiam attentaretur, certe illud excuſari poſſet.[c]

a clement. per literas. de præbend.
b text. in c. 1. de cōceſſio. præbendar. lib. 6.
c DD. in d. c. 1. de conceſſio. præbend.

PRINCIPIS MANDATVM AN IVSTVM metum inferat? Cap. XVI.

1 *Principis epiſtolæ habent eius uoluntatis ſignificationem.*
2 *Epiſtolæ Principis in omnibus cauſsis ac rebus retineri debent.*
3 *Epiſtolæ Principis, quæ comminationis plenæ ſunt, iuſtum metum adhibere uidētur.*
4 *Nihil eſt quod magis ciuium animos in officiorum religione retineat, quàm moderati Principis continentia.*
5 *Nihil ad diſſoluendam ciuium conſociationem pernicioſius, quàm in conſtituta Republica quicquam per uim agi.*
6 *Simplex et moderatus Principis iuſſus nullum metum adhibet.*
7 *Eius Principis, qui animorum impotentia efferri ſolet, iuſſus metum iuſtum inferre ſolet.*
8 *Iuſti metus definitio in iudicis arbitrio atque æſtimatione poſita eſt.*
9 *Iuſtus metus ex iudicijs & rerum circumſtantijs definiri ſolet.*
10 *Quod metus cauſſa geſtum dicitur, hoc bonis legibus & moribus improbatum eſt.*
11 *Quod per metum geſtum eſt, retractari poteris, uel ſuperioris iudicis officio, uel propoſita actione Quod metus cauſa, &c.*
12 *Principi prouidendum eſſe, ne quid per uim aut metum geratur.*

PRINCIPIS epiſtolæ, quibus is mentis uoluntatisq́ ſuæ ſignificationē facit, ſicut legis uim habent, & retinere omnib. in cauſsis atq́ negocijs debent:[d] ita ſi eæ plenę ſint grauiſsimę comminationis, metum certè, qui & in grauem & conſtantem uirum cadit, adhibere uidentur.[e] Nihil enim eſt quod optimorum ciuium animos in officiorū religione magis retineat, q̄ moderati & iuſti Principis continentia: nihil quod humanæ uitæ coniunctionem atque ſocietatem magis diſſoluat, cunctaq́ Reipublicæ fundamenta euellat, quàm ciues metu ſuſpenſos atq́ defixos teneri, & in compoſita & conſtituta Republica omnia per uim agi.[f] Itaq́ etſi ſimplex & moderatus Principis iuſſus nullū metum adhibere uideatur, ſi tamen cōtrà plenus comminationis ſit,[g] aut ab illo profectus, cuius ingenium uehemens atque aſperum inſolenter efferri, & in maiorem aliquando animorū impotentiam ſiue audaciam procumbere ſoleat, dubitatio nulla eſt, quin eius ſiue iuſſus, ſiue mandatum, iuſtum metum infe-

rat:

d text. in l. 1. ff. de conſtit. in uerb. per epiſtolam. ibi Paul. de Caſtr. et Iaſon. Angel. in l. item ueniunt. §. cæterum. ff. de petit. hæred. et idem Angel. atq́ modern. in l. 1. in princip. per gloß. ibi. ff. de ferijs.
e Abbas in c. 1. de offic. iud. deleg. gl. in l. 1. C. ſi rect. prouinc. Bart. in l. metum. ff. quod met. cauß. Innocent. et Abbas in c. cauſſam matrimonij. de offic. iud. delegat. toto tit. ff. de eo quod met. cauſs. et tit. unde ui, &c.
f text. in l. ad inuidiam. C. quod me. cauß. Alexand. conſil. 16. quod incipit, Ponderatis narratis. lib. 3. gloß. in c. ult. per illum text. qui cle. uel uot. fac.
g Bartbol. in l. penult. C. quod met. cauß. et in tractat. de tyrannid.

5 rat.[a] Nec una aliqua ratio metus, ut uel iuſtus uel iniuſtus di-
cat, dari poteſt: ſed cũ eius definitio in iudicis cognitione, arbi
8 trio atq; poteſtate ferè poſita ſit, [b] cum & metus iuſtus ex iu-
9 dicijs, pręſumptionibus, & uarijs rerum circumſtantijs defini
ri queat: [c] nõ erit difficilis cognitionis, quatenus Principis uel
mandatum uel epiſtolæ uel iuſſus metum iuſtum adhibeant.
Hoc ſanè quæſtionis eſſe poterit, quod per metũ geſtum eſt,
an hoc ipſum tanquam omnibus bonis legibus ac moribus i-
10 niquum & improbatum, [d] iure ipſo nullum habendum: an ue
rò uel iudicis ſuperioris officio, uel actione quod metus cauſ-
ſa, reuocãdum ſit. Anthonius ſanè de Butrio putat, quod me-
tu factũ dicitur, ipſo iure nullum eſſe. [e] alij uerò diuerſam ſen-
tentiam ſecuti, ſcribunt rectius eſſe, ut quod metus cauſſa ge-
ſtum eſt, uel iudicis ſuperioris officio atque auctoritate, uel a-
ctione quod metus cauſſa, retractetur: quæ ipſa ſententia pro-
11 babilior uidetur. [f] Porrò quod huius argumenti propriũ eſt,
cũ in omnib. cauſsis atq; iudicijs nõ uis ulla, nõ metus, non im
moderatus animorũ affectus, ſed ratio, prudentia, atq; etiam
continentia regnare debeant, cohibendæ certè & coercendæ
erunt optimo cuiq; Principi excurrentes illę & nimium conci
tatæ animorũ percuſsiones: cauendumq; magnopere, nequid
12 per uim, per metum, aut impotentiam fiat.

SITNE IN PRINCIPIS POTESTATE, MEdiocrem lęſionem inferre poſſe? Cap. XVII.

1 *Princeps non præſumitur in alterius læſionem quicquam facere uelle.*
2 *Principis mens atq; intentio bonis legibus conformis præſumitur.*
3 *Princeps, & quicunq; Reipublicæ perſonam gerit, modicam læſionẽ inferre poteſt.*
4 *Princeps ſolutionis terminum, eiusq; dilationem facere poteſt.*
5 *Qui ante acceptũ iudicium, quod debetur, ſoluere paratus eſt, ei ſolutionis terminus concedi debet.*
6 *Non tantum petentibus dies ad ſoluendum dandus, ſed etiam prorogandus erit.*
7 *Quæ humanitatis ratio tenenda, in concedendis dilationibus.*
8 *Quæ leuis cuiuſdam & modici momenti ſunt, eorũ cura atq; ſollicitudo non magnopere pertinet ad Principem.*
9 *Quædam confirmandæ & retinendæ humanæ coniunctionis ſtudio lenienda & remittenda erunt.*

PRINCEPS licèt in dubio non pręſumatur uel pri
uilegium concedere, uel gratiam facere, uel
quicquam ſibi in alterius læſionem ac præiu-
1 dicium ſumere uelle, [g] propterea quòd uni-
uerſa eius mens, commentatio animi, adeó-
que omnis actio, ad optimarum legũ reueren-
2 tiã atq; dignitatem cõformari uideatur: [h] cum tamẽ in magnis

m 2 rerum

[a] gloſ. in c. cõuenior. 23. quæſtio. 8. in uerb. morare. Io. An. in d. c. ult. ad fin. qui cler. uel uot. Gem. cõſ. 15. ſu per primo in ſecund. dub. Bart. in l. de pup. §. ſi quis ipſi præ. ff. de op. no. nũc. et in l. met. C. quod met. cauſ. et l. 3. C. ex quib. cauſ. maior. Abb. et alij in c. ult. de appellatio.
[b] l. 1. ad fin. ff. ex quib. cauſ. maior. ibi, huius rei inquiſit. iud. eſt. & notatur per gl. Innoc. et alios in c. cũ dilect. in uerbo, mort. ext. quod metus cauſ. Bald. poſt gl. in l. interpoſ. C. de tranſact. et eund. in l. 2. C. de his qui per met. iud. non appell.
[c] Bald. cõſ. 26. lib. 3. et in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. et cler. Bartol. in d. l. de pupill. § ſi quis ipſi prætori. de op. noui nũciat. Alex. conſ. 48. quod incip. quoniã per excellentiſſ. lib. 4. & c.
[d] l. continet. §. ſed uim. ff. de eo quod met. cauſ.
[e] in c. ad aures. ext. quod metus cauſ.
[f] Io. de Imol. al leg. deciſ Rotæ. 207. in d. c. ad aur. et in c. ſuper his. de renũc. Panor. in c. Abb. ext. de eo quod met. cauſ. Cald. in conſ. 1. quamuis. de re conſtitutio.
[g] c. ſuper eo. ext. de offic. deleg. cũ ibi adduct. l. l. in gl. c. ex tuarũ. ubi text. ext. de auctor. et uſu pallij c. ſubſtit. d. c. ſuper. de offic. delegat. Compoſtell. in c. cauſſam quæ. extr. de reſcript. ibi quoq; Imola.
[h] Bald. in c. 1. tit. apud quem uel quos controuerſia. text. et ibi Bald in l. ex facto. ff. de uulgar. et pupill. c. quamuis. de reſcript. lib. 6. et quæ notantur in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitatẽ publ. et in c. quæ in eccleſiarum. extr de

rerum,perſonarum ac temporum circumſtātijs pleraq; multa
uel de iudiciorū ſeueritate,uel ſtricto ac ſummo iure remittē-
da,& tanquam lenienda erunt, permittitur Principi, & quicū
que uel tribunalia exercet, uel rerum gubernacula tractat,ut
cauſſa aliqua motus,mediocrem læſionē inferre poſsit.[a] Cu- 3
iuſmodi eſt, ſi fortè ipſi debitori, contra creditoris uoluntatē
ſolutionis dilationem permittat,quo & minore cum incōmo-
do, & aliquo temporis ſpacio, id quod debetur, perſoluere
queat. Nam hanc dilationem ſibi ſumere poteſt iudex,[b] nō au 4
tem debitum remittere, uel reum creditoris actione legitima
eximere.[c] Et naturalis ęquitas,etiam leges ſcriptę permittūt,[d] 5
ut qui ante acceptū iudicium,quod debent,ſoluere ſe paratos
eſſe dicant, atq; in rationem ſolutionis faciendæ tempus ali-
quod petant, ijs petitum ſolutionis tempus pro iudicis mode 6
ratione indulgeatur: quando,ut Calliſtratus ait,[e] non tantum
petentibus dies ad ſoluendum dandi ſunt,ſed & prorogandi,
ſi res exigat, &c. Et hanc moderationem retinebit Princeps,
ut ubiq; ſpectet benignitatis humanitatiſq; legem,quę nos cō
monet,& quibuſdam tāquam uirtutis ſtimulis incitat, ut ſine
cuiuſquam offenſione,uel læſione grauiore,omnium rebus ac
fortunæ ſeruire uelimus. Porrò quę leuis cuiuſdam momenti 7
ſunt,et dari ſine maiori aliquo incōmodo, & tamē cum aliqua
alleuatione eius qui ſubſidium quærit, poterunt, ea non ma-
gnopere pertinent ad curā atq; ſolicitudinē principū uirorū,[f]
qui hanc poteſtatem habent, ut leui alterius cum offenſione,
gratiā alijs facere queant:[g] eſtq; cum ciuilis uitæ coniunctione 8
planè coniunctū,ut in ea retinenda nōnihil alteri mediocriter
decerpamus; quod magnopere alij prodeſſe, & tamen ei cui
adimit,quàm minimè nocere poſsit. Nam ſicut ſecari & aduri 9
membrū aliquod patimur, ut corpus conſeruemus: ita in reti
nenda communi utilitate,cuiuis ferē da priuata aliqua iactura.

NIHIL EX OMNIBVS OPERIBVS HVMA-nis præclarius ipſa illa uitæ actionumq; omnium æqualitate. Cap. XVIII.

1 *Aequalitas inter liberos ſeruari debet.*
2 *Eadē inter fratres, ſorores, hæredes, partes, legatarios adeoq; omnes, cuſtodiēda erit.*
3 *In collationis materia tenenda erit æqualitas.*
4 *Aequalitas ſemper & ubiq; ſeruanda erit.*
5 *Aequalitas pacis & concordiæ altrix.*
6 *Inæqualitas omnis diſcordiæ fomentum.*
7 *Aequalitas in Principis decreto obſeruanda.*
8 *Nihil uſu uel uoluptate iucundum eſſe poteſt, quod non ſit cum æqualitate coniunctum.*

9 Quo

a text uulgar. in l. theſaurum. ff. ad exhibend. quem Bald. allegat in l. q accuſare. C. de edēd. & quod notat. Cardinal. in clemēt. conſtitutionem. §. inſuper. de electio. & c. ueniens, de reſtitut. in integr. Innocent. in c. 1. de teſtib. Bald. in l. iudices. C. de iudicijs. & in rubric. de iudicijs. et in l. 1. ff. de cōſtitut. princip.
b l. quotiēs. C. de precib. Imperat. offerend. Bald. in l. ſancimus. & l. iudices. C. de iudicijs. Panormit. in c. quæ in eccleſiarum. nu. 11.
c in l. debitoribus. ff. de re iud.
d l. quoniam. ff. de ſolutio. l. ſi debitori meo. ff. de iudicijs. l. promiſſor. §. 1. ff. de conſtitut. pecū. l. ſi cum milit. §. 1. ff. de compēſatio.
e in l. debitoribus. ff. de re iud.
f Andr. in c. 1. § ſi quis de manſo. tit. de controuerſ. inueſtitur. Bald. in l. 2. C. de reſcindē. uēdit. Andr. Barbar. in rubric. de reb. eccleſ. nō alienand. Bald. in l. ſi prædiū. C. de ædi. actio. Bald. in l. multū C. de communionum rer. alienatio. & l. ædem. C. locati.
g Bald. in d. l. ff. de conſtitut. Mat. de Afflict. in c. 1. §. præterea ſi uaſallus. nu. 25. tit. quæ ſit prima cauſſa benefic. amittend. part. 1.

9 *Quo maior eſt Principis poteſtas, & liberior eius uoluntas, hoc diligentius obſeruare debet æqualitatem.*
10 *Princeps in contractibus utitur iure communi.*
11 *Principis contractus bonæ fidei naturam ſequuntur.*
12 *Princeps contractum à ſe initum nulla poteſtatis ſuæ plenitudine reſcindere potest.*
13 *Breuis præceptio & tanquam commonitio, quam æqualitatis rationem in poteſtatis ſuæ plenitudine tenere debeat Princeps.*

AEQVALITAS cum ſeruari debeat inter libe-
1 ros,[a] inter fratres,[b] inter ſorores, hæredes,[c]
2 partes,[d] legatarios,[e] adeoq́; inter omnes,[f]
3 in materia item collationis:[g] in omni deniq;
4 cauſſa atque negocio, in iudicio, & paſsim:[h]
5 propterea quòd ipſa æqualitas, ut in libro
6 de Vſurpatione legũ diximus, pacis atq; concordiæ altrix eſt,
inæqualitas uerò omnis diſcordiæ fomentum:[i] ita ea paſsim
& ubique, præcipuè uerò in decretis, & eiuſmodi conſtitutio
7 nibus ſpectanda, atq; ad animi iudicium optimo præſtantiſsimoq́; cuique Principi referenda erit.[k] Nihil enim uſu uel uoluptate iucundum, nihil honeſtum, nihil æquũ cenſeri poteſt,
quod non idem cum æqualitate (qua omnibus in rebus, maximè uerò in Republica, & iudicijs, nihil eſſe poteſt uel præcla
8 rius, uel excellentius) ſit coniunctum. Eius tamen obſeruanantia & cuſtodia ad Principem, cuius maior quædam pote
9 ſtas, & liberior uoluntas eſt,[l] præcipuè ſpectat: quem ideo
ſuo contractu teneri atque obligari receptum eſt, quod in cõ
10 tractibus iure communi utatur, & in ijs maximè ſeruari debeat æqualitas:[m] quod'ue omnes Principis contractus ſequantur bonæ fidei naturam:[n] eoq́; etiam legibus atque moribus
11 comprobatum ſit, Principem contractum à ſe initum, ideo
quod bonæ fidei habeatur, præſumaturq́; in eo ſeruata æqua
12 litas, ne quidem ipſa illa poteſtatis plenitudine, cuius alioquin
magna & infinita quædam prærogatiua eſſe ſolet, reſcindere
13 poſſe.[o] Sit itaque breuis hæc præceptio de Principis poteſtate, & quædam tanquam commonitio, ut quoniam nulla uitæ pernicies maior, nulla ciuilis coniunctionis atq; ſocietatis diſſolutio pernicioſior, nulla peſtis ad inferendã Reipub. perturbationem exitioſior inueniri aut excogitari poſsit ipſa illa, inæqualitate:[p] hoc ſpectet, hoc intueat̃, in hoc animi inductionẽ, uoluntatemq́; ſuã conijciat, ne alijs diripiat atque decerpat, cu

m 3 ius

a l. ut liberis. l. illud. §. ult. C. de collat. l. cum pater. § euictis ff. de legat. 2. l. ſi poſt mortem. §. ult. ff de bonor. poſſeſ. contr. tab.
b d. l. cum pater. §. euictis. & l. ut liberis, et l. ult. C. communia utriuſq; iud.
c d. l. ut liberis.
d d. l. ult. C. de fruct. & lit. expenſ.
e d. l. illud. & l. ut liber. C. de collat. l. ult. C. de fruct. et lit. exp.
f d. l. ult. C. de fructib. et lit. expenſ.
g d. l. ult. ead.
h c. nouit. ext. de iudic. et reg. iur. in iudic. c. cum inter. de except. l. ſi cum dicis. §. ſi arbiter. ff. de recept. arbitr. l. prouidendum. C. de poſtuland. &c.
i gloſ. in d. §. euict. et in l. cũ oportet. §. 1. C. de bonis quæ liber. et in l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. et in c. 1. de ſepultur.
k argument. tot. tit. ff. quod quiſq; iuris in alium. et c. cum omnes. extr. de conſtit. Philipp. Dec. conſ. 456. part. quart. nu. 4.
l l. 1. ff. de conſtitut. principum.
m Bald in l. ex perfecto C. de teſtament. c. 1. de probatio. ibi Anto. Abbas & alij. Cyn. in l. digna uox. uerſic. ult. ſciat. C. de legibus. Bald. in l. 1. ff. de pact. et l. penult. C. de donatio. inter uir. et uxor. et l. 1. C. de tranſactio. et c. 1. tit. de feud. natur.
n Bald. in c. 1. §. ſi quis notat. in princip. tit. de pac. conſtant.
o Paul. de Caſtr. in l. digna uox. C. de legib. conſtit. Bald. in c. 1. §. ad hæc. uerſic. item notat. ex gloſ. tit. de pact. iurament. firm.
p gloſ. in d. §. euictis. et in l. cum oportet. §. 1. de bonis quæ liber.

ius emolumentum ad ſe deuenire uelit, quoniam hoc auari, rapacis, uerſuti et iniuſti, non autē liberalis eſt animi: ſed in omnibus quæ agit, uel concedit, maximè teneat æqualitatem.

PRINCEPS, VEL PONTIFEX, QVATENVS diuini iuris interpretationem facere, uel de eo ſtatuere poſsit. Cap. XIX.

1 *Diſcrimen inter Diuinam & humanam legem. & 7.*
2 *Ius diuinum & humanum in quibus poſitum ſit.*
3 *Iniuria cum moderamine tutelæ propulſanda.*
4 *Naturaliter permiſſum, ut alterum in uenditionibus & emptionibus circumueniamus intra dimidiatam precij partem.*
5 *Iniuriarum actio in quos detur.*
6 *Vxorem in adulterio deprehenſam occidere quatenus liceat.*
7 *Vindicandi ſtudio occidendum neminem eſſe.*
8 *Principi prophano hodie conceſſum eſt ius diuinum interpretari, atq; limitare.*
9 *Interpretatio iuris diuini à Principe facta, in foro ciuili & conſcientiæ ualet.*
10 *Interpretatio diuini iuris tam lege, quàm conſuetudine introduci poteſt.*
11 *Interpretatio diuini iuris fieri poteſt per populum iura imperij habentem.*
12 *Fas eſſe bannitum aut proſcriptum hominem impunè occidere.*
13 *Bannitus occidendus eſt nullo uindictæ, ſed ſolius Reipublicæ ſtudio.*
14 *Interpretatio diuini iuris per Principem noua interpretationis deformitate facta, nullius momenti erit.*
15 *Princeps diuinum ius eatenus interpretari poteſt, quatenus iuriſdictionem in illud habet.*
16 *Princeps interpretationem iuris diuini non niſi rationabili de cauſſa, ſibi ſumere debet.*
17 *Pontificem poſſe iuſta cauſſa commotum ius diuinum interpretari, non autem tollere.*
18 *Pontifex in matrimonio in præſens tempus contracto diſpenſationem facere poteſt.*
19 *Pontifex nullam diuini iuris interpretationem facere poteſt, quæ quidem cum catalogo diuinæ legis pugnet, aut peccati flagitio implicetur.*
20 *Qui impia aliqua Pontificis diſpenſatione utitur Dei uindicta exemptus non eſt.*

INTER ius diuinū & humanū cum non leuis
ſit differētia, ut in lib. octauo de Legum uſur 1
patione declarare conati ſumus, propterea
quòd illud in uero Dei cultu poſitum, iuſtifi
cationis noſtræ præcepta tradit: hoc uerò 2
nec rectum nec legitimum Dei cultum pro-
ponit, & plærunq; externū actū, rerumq; & anteceſſiones &
conſecutiones ſpectat, ac proinde permittit ut uim atq; iniuri 3
am, ſi aliter effugere nequeamus, cū moderamine tutelæ pro-
pulſemus: [a] ut in uenditionibus atque emptionibus naturali- 4
ter alterum circumueniamus, modò dimidiam precij partem
non excedamus: [b] ut iniuriarū cum eo agamus, cuius ſumus, 5
uel contumelia, uel rei indignitate prouocati: [c] ut in adulterio
depre-

a l. ut uim atq; iniuriam. ff. de iuſtit. et iur. ibi Bart. l. unic. C. quand. unic. ſe uindic. liceat. l. qui cum aliter. ff. ad l. Aquilid. l. 1. ff. unde ui. b l. in cauſæ cognition. §. pō ponius. ff. de dolo malo. l. rem maioris precij. C. de reſcind. uendition. c tot. t. ff. et C. de iniurijs.

6 deprehenſam uxorem, ſine animę amiſsione occidamus,[a] &c.
cum tamen diuina lex ſeuerisſimè uetet atq; prohibeat, ne uel
malo reſiſtamus, aut Domino noſtro IESV CHRISTO ſu-
am ultionem præripiamus:[b] ne ue fratrem in negotijs circum
ueniamus,[c] aut odium cum fratre geramus in corde noſtro,[d]
ultionem ue queramus:[e] aut uindictę ſtudio occidamus quen
7 quam:[f] receptum hodie eſt, magnorum hominum conſpiran-
te conſenſione, ut Principi prophano fas atque licitum ſit, ius
diuinum ex rationabili aliqua cauſſa limitare atque interpre-
8 tari:[g] illiusq; ſiue limitationem, ſiue interpretationem in utro-
que foro, tam conſcientiæ, quàm ciuilium actionum, obſerua-
9 ri & comprobari:[h] neque referre, ſiue ea facta ſit promulgatio
ne legis, ſiue inductione conſuetudinis, quoniam eadem utri-
10 uſque uis eſt, atq; uirtus.[i] Aut etiam ea interpretatio ſit facta
per Principem, aut per populũ, qui imperij iura retinet:[k] quã
do populus ſuperiorem poteſtatem non agnoſcens, idem in
ſuo territorio poteſt, q̃d uel Imperator, uel Rex, uel Princeps
11 in ſuis locis.[l] Itaque fas hodie eſt, in uim huius interpretatio-
nis, eum qui proſcriptus eſt, tanquam transfugam & ciui-
tatis hoſtem,[m] non aliter atque publicum ciuitatis hoſtem im-
12 punè occidere:[n] niſi cauſſa ſit, quæ ſanè multiplex eſt, referen-
te alicubi Felino,[o] quamobrem is interim impunè nequeat:
cum tamen diuinum ius, ut paulo antè demonſtrauimus, om
nem nobis uindictam ademptam, ſoli ipſi Deo reſeruet. Ac
proinde quoque ei, qui proſcriptum hominem occidit, excitã
da erit animaduerſio, ne magis priuatę uindictæ ſtudio, quàm
Reipublicæ cauſſa, cuius intereſt ut eius hoſtes perdantur, &
cuius conſeruandæ gratia eiuſmodi ſtatutũ edictũ eſt, cędem
commitere uelit: alioquin enim non uindex, nõ ultor Reipu.
13 blicę, ſed de ſentẽtia atq; iudicio Dei, qui ſolas cogitationes ho
minum nouit, latro & homicida habebitur.[p] quæ res, & qua
ratione eiuſmodi ſtatutum accipiendum ſit, quoniam paſsim,
pręcipuè uerò in annotatis locis cum quodam propemodum
faſtidio tractẽt, neq; ad unius Principis poteſtatẽ pertinet, cu
ius partes aliquot in hoc libro rudi Minerua deſcribere cona
ti ſumus: uoluimus de induſtria ea omnia hoc in loco omitte
re, contẽti, ſtudioſam adoleſcentiã ſobriè commouiſſe, Princi-
pi diuini iuris interpretationẽ ita demũ permitti, primũ ne cã
alio in genere, q̃ cuius limitatio recepta eſt, ueluti occidẽdum
non eſ-

a l.1. §. D. Adria. uerſ. ſed et in eum. ff. ad l. Cor. de ſiccar.
b Matth. cap. 5.
c Paul. Apoſt. 1. ad Theſſal. 4.
d Leuitici 19. cap.
e Leuitici 19. cap.
f iuxta 5. decal. cap. ne occidas. quod amplius explicatur apud Matth. 5. Io. prim. cap. 5.
g Innoc. Anto. Imol. Abb. Salycet. in c. quæ in eccleſiar. de conſtitutio. D D. in l. ult. C. ſi contra ius uel utilit. publ. Cynus in l. recept. C. de precib. imperato. offerẽd. gloſſ. ult. in l. 1. ff. de conſtitutio. princip. Bart. in l. 1. ff. de conſtitut. Bald. in Authent. ad hæc. C de uſur. et l. 2. de precib. Imper. offerend.
h Felin. pulch. in l. c. de conſtitutio fallent. 6.
i Abb. in c. ult. ext. de conſuetud.
k D D. in loc. præallegat.
l Barthol. in l. acta. §. de ampliand. ff. de re iudic. et in l. infamem. ff. de pub. iudic. et in l. hoſtes. ff. de cap. et poſtli. reuerſ. et in c. per uenerab. ex. qui ſint filij legitimi.
m l. amiſsione. §. 1. ff. de capitis diminut.
n l. 1. ff. ad l. Cor. de ſiccar. Bart. in l. ut uim. et in l. omnes pop. ff. de iuſt. & iure. & in l. 2. C. quando liceat ſe ſine iud. Abbas & alij in c. ult. de conſuetud. Bald. in d. l. 2. & l. data opera. C. qui accuſare non poſſ. & in l. decurion. C. ex quib. cauſſ. infa. irroga.
o in d. c. quæ in eccleſiar.
p Bald. in d. l. 1. C. quando liceat ſe ſine iudicat. Abbas in c. ult. de conſuetud. Felin. in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 12. uerſic. proced. ergo dictum ſtatutũ.

nõ eſſe, ſibi temerè ſumat: alioquin noua interpretationis deformitate ſtatuere uelit, ut uel priuigno mater, uel fratri ſoror, cõtra naturę pudorem, & diuinę legis reuerentiã, nuberet: nullius certè momenti eiuſmodi eius erit ſiue limitatio, ſiue interpretatio.[a] Deinde ut eam interpretationem in rebus propha 14 nis, quarum iuriſdictionem habet, non autem ſacris ſiue ſpiritualibus, quæ ad Pontificis cognitionem pertinent, facere uelit:[b] quando abſurdũ planè & inefficax foret, ſi profanus princeps cognitionẽ ſibi de matrimonijs,[c] de iuramenti,[d] de uoti, & 15 eiuſmodi uirtute atque poteſtate arrogare uelit. Poſtremò ut eiuſmodi interpretationem ex cauſſa honeſta, & probabili, quæ ferè ſemper in ipſo Principe præſumitur, non autem te- 16 merè faciat.[e]

Sed & Pontifex iuſta cauſſa commotus, poteſt edita conſtitutione, uel reſcripto, diuinum ius interpretari, non autem in uniuerſum tollere: propterea quòd nec inferior legem ſuperioris, uidelicet Dei, conuellere: aut ius diuinum, quod immu 17 tabile eſt, perfringere queat.[f] coq; & in matrimonio in præſens tempus cõtracto, ex maiore aliqua cauſſa perinde diſpenſationem dare poteſt,[g] atque in uoto,[h] in iuramento,[i] in uitio 18 homicidij,[k] & eiuſmodi alijs: cum hac tamen moderatione, cuius & in poteſtate Principis deſcribenda meminimus, ne uidelicet eiuſmodi interpretationem faciat, quæ cum decalogo diuinæ legis pugnet, & peccati turpitudine implicetur:[l] quã- 19 do etiam is qui Pontificis interpretatione aliqua, uel diſpenſatione contra Dei præcepta utitur, non eximitur diuina uindicta atq; ultione. Quod ipſum meminiſſe, & animo atq; memo 20 ria recordari eos uelim, qui ſpurciſsima animi corporiſq; ſui uitia Pontificis diſpenſatione impudenter atq; impiè prætexũt.[m] poteruntq; hæc pauca ſufficere de poteſtate iuris diuini interpretandi, ſiue limitandi, quam ſibi uel Pontifex, uel Princeps iuſta de cauſſa ſumere poteſt.

QVATENVS PRINCEPS, CONTRA EA quæ uel iuris naturæ, uel gentium ſunt, ſtatuere poſsit. Cap. XX.

1 *Cauſſa rationabilis & cum Reipublicæ fauore coniuncta eſſe Principi debet, quotiens aliquid contra ius naturæ uel gentium ſtatuit.*
2 *Principem rationabili ex cauſsa contra naturæ & gentium ius ſtatuere poſſe.*
3 *Idem ius uniuerſum adimere nemini poteſt.*

4 Quod

a Bald. in d. l. ult. C. ſi contr. ius uel utilit. publ. DD. in d. c. quæ in eccleſ.
b Abb. in d. c. quæ in eccleſiarũ. alleg. c. per uenerabilem. ad fin. qui filij ſint legit. facit c. tuam. de ord. cog. Bart. in l. Titia. ff. ſolut. matrim.
c DD. in d. c. quæ in eccleſ.
d Innoc. in repet. c. cum contingat. de iureiurand. et probatur hæc amplius per Anto. & Abbat. in c. 1. de ſponſa. per Bal. in l. etſi contra. C. de nup. per Frederic. conſil. 35. Abbat. conſ. 33.
e Abb. et DD. in d. c. quæ in eccleſiar. Innoc. in c. quanto. ex. de conſuetud.
f clem. ne Romani. de electio. et 5. et 6. diſtinct. per omnia. gl. in c. à nobis. de decimis. Hanc ſententiã DD. omnes in d. c. quæ eccleſiarũ. probant. et Innoc. in c. ſuper eo. de bigam. et in c. poſt translat. de renunciatio. Abbas in c. licet. de ferijs. tex. in clement. præſenti de cenſib. et eiuſmod. alij.
g gloſ. et DD in c. ex public. de conuerſ. coniug. Ioan. Andr. in regul. actus. de reg. iur. lib. 6. Hoſtienſ. in ſumm. qui cle. uel uot. §. quis nocens. modern. in c. ad diſſoluendum. de diſpoſit. impuber.
h DD. in c. non eſt uoti. extr. de uoto.
i DD. in c. quanto. extr. de iureiurando.
k Ioan. And. in c. ad audientiã. de homicid.
l Palebrē Richard. de media uilla. in quarto ſententiar. lib. diſtinct. 33. quæſtio. 2. artic. 2. uerſic. uidetur ergo mihi.
m gloſ. ordin. & DD omnes in d. c. non eſt uoti. Innocent. in c. eius olim. de cleric. coniugat. Abb. in c. cum ueniſſent. de iudic. et in c. ſignificaſti. de electio. &c.

4 Quod princeps maiore aliqua de cauſſa, alteri adimit, id æquabili precio compenſandum erit.
5 Nihil tam eſt contra naturam, quàm appetitio & detractio alieni.
6 Princeps in priuatorum hominum rebus ac fortunis nihil habet præter uniuerſalem iuriſdictionem.
7 Quod à Principe ob cauſſam conceſſum eſt, illa ceſſante, res ſuo domino ueteri reſtitui debet.
8 Nec conſcientia bona, nec ciuili diſceptatione defendi poterit, ut res mea ſine cauſſa apud alium ſit.
9 Diſpenſationis aut ſtatuti cauſſa ceſſante, ceſſat & eius effectus.
10 Nec pontifex, nec Princeps, nec quicunq; imperij iura retinet, ei quippiã detrahere poteſt, in quem nullam iuriſdictionem habet.
11 Actus, quo alteri ſuum dominium aufertur, eſt iuriſdictionalis.
12 Iuriſdictio in non ſubditum explicari non poteſt.
13 Principe inferior non poteſt alteri ſuum ius quacunq; etiam ex cauſſa detrahere.
14 Princeps ius alterius ſine cauſſa adimere non poteſt, modicam tamen læſionem inferre poteſt.
15 Principem litigatores ex cauſſa cogere poſſe, ut in arbitrium compromittant.
16 Qua de cauſſa Princeps nonnunquã ex mera uoluntate, ſuũ ius alteri adimere queat.
17 Princeps ſpurium ſimpliciter in alterius præiudicium legitimare poteſt.
18 Quod naturali aut gentium iure acquiſitum eſt ſine maiore cauſſa, Princeps tollere non poteſt
19 Princeps rem, quam cum alio communem habet, ſolus uẽdere poteſt, reddito tamen precio communis rei ſocio.
20 Princeps rem alienam, quam ſuam eſſe credidit, alteri donatam confirmare poteſt quadriennij præſcriptione.

COMMVNIS eſt omnium eorum quorum Cõ
mentarij in ius utrumque ſcripti, in homi-
num manibus uerſantur, ſententia, Princi-
1 pem rationabili de cauſſa, & quæ cum Rei-
publicæ fauore atq; utilitate ſit coniuncta, [a]
contra ea conſtituere poſſe, quæ uel iuris
2 naturæ uel gentium ſunt: [b] cum hac quoque moderatione,
ne uel naturæ ius, quod immutabile eſt, uel etiam gentium in
3 uniuerſum adimat. [c] Et quoniam cauſſa diſcrimen facit, cona-
bimur breui, eaq; ſimplici oratione explicare, quatenus Prin-
ceps, rationabili cauſſa cõmotus, quippiã contra naturę ac gẽ-
tium ius edicere uel ſtatuere poſſit. Nam hęc ſtudiorum pars
ualde prodeſt ijs, ad quos rerum gubernacula deferuntur.

Sit igitur prima hęc propoſitio: Quotiens Princeps, uel magiſtratus, uel communitas maiore aliqua Reipublicæ cauſſa cõmota, ſibi aliquid aſſumere, uel in aliũ transferre uult, quod alteri ſit detractum, hanc retinebit cùm animi excelſitatem, tũ uerò liberalitatẽ, ne commodi ſui cauſſa alienũ appetiuiſſe cõtra naturæ legem uideri poſſit: ſed ſi quid communis cauſſa utilitatis, alterius cõmodis ſit detractum, idipſum æquali pre-

a text. in l. item ſi uerberauit. ff. de rei uendicat. Bart. in proœmio. ff. per pulchrũ inprimis. text. in l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. cõmunia prædior. et in l. 1. ff. de conſtitut. Princip. idem et gloſſ. et alij in l. unic. C. de in ius uocand. Bald. in l. ſi teſtam. C. de teſt. Angel. in l. ſi conſtat. ff. de appellatio. Bartol. in l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. etc.
b DD. in d. c. quæ in eccleſ. et l. ult. C. ſi contr. ius uel util. pub.
c DD. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. et tot. tit. C. ex quib. cauſ. ſer. libert. accip. poſſ. et in l. ſi quis ſepulchrũ, de religio. et c. quorũdam. de iudæis.

cio compenſet. [a] Nam nec aliud magis eſt contra naturam, aut 4
pernicioſius ad diſſoluẽdum arctiſsimum illud humanæ ſocie
tatis atq; ciuilis coniunctionis uinculũ, quàm appetitio aut de
tractio alieni. [b] Nec Princeps ipſe in priuatorum hominum 5
reb. atq; fortunis, aliud arrogare ſibi poteſt, aut debet, quàm
generalem aliquã iuriſdictionem ſiue poteſtatẽ: [c] ac proinde 6
uera, & cum omni naturæ & humani generis lege atq; cõſocia
tione coniuncta eſt hæc, quam diximus, propoſitio.

Altera ſit hæc: Si quippiã poteſtate Principis, aut magiſtra-
tus autoritate alteri ſit detractum, ob maiorem aliquam cauſ-
ſam, ea certè cauſſa ceſſante, res ipſa ſuo domino ſiue poſſeſ-
ſori priſtino erit reſtituẽda: [d] quando ſi aliter fiat, defendi cer 7
tè hoc nec conſcientia bona, nec æquitatis ratione ulla in fori
diſceptatione poterit: propterea quòd lex diſpẽſatiua ceſſet, di 8
ſpenſationis cauſa ceſſante: [e] & ſtatutũ ceſſet, ablata cauſſa ſta- 9
tuti, ut Bald. ſcribit in l.1. C. de nautico fœnore, afferens in hãc
rẽ exemplum cuiuſdam mulieris, quæ cum exularet in uim ſta
tuti unà cum marito proſcripto, ſiue bãnito, mortuo marito,
& ſic cauſſa ſtatuti ablata, in urbem priſtinamq; ſtatus liberta
tem rediјt impunè.

Tertia ſit: Nec Princeps, nec quiſquis alius imperij iura reti
net, nec ipſe Pontifex quacunq; ex cauſſa poteſt quippiã ei de
trahere, in quem nullã iuriſdictionẽ habet. [f] Cum enim actus 10
quo alij ſuum dominium aufertur, ſit iuriſdictionalis, [g] iuriſdi 11
ctio autem in non ſubditum explicari nequeat: [h] conſequitur, 12
ueram hanc ſententiam eſſe.

Quarta hæc ſit: Cum unius Principis ſit, de poteſtatis ſuæ
plenitudine priuilegium alteri adimere, non poteſt inferior à
Principe, quacunque etiam ex cauſſa ſuum ius alteri detra- 13
here: [i] rectè que à Bartolo alicubi ſcriptum eſt, [k] eum, cui ciui
tatis auctoritate commiſſum eſt, ut bono publico utilitatiq;
communi ſeruire, & nullam amplificãdæ Reipublicę occaſio-
nem negligere, aut tempus dimittere uelit, nõ tamẽ poſſe quic
quã alteri in uſum Reipublicæ decerpere, uel detrahere: quia
conceſſa facultas Reipub. augendę & locupletãdę hanc uim re
tinere non poteſt, ut fraudi alijs eſſe poſsit: & poterũt pauci hi
loci ſufficere, ut optimus quiſq; Princeps pro ſua erga humani

generis

a DD. in d. c. quæ in eccleſiarum. Archid. in c. per principalem. 9. quæſt. 3. l. ſeruu. C. pro quib. cauſ. ſeru. libert. accip. ibi, preciũ à fiſco accipiant. ubi quoque gl. in l. ult. eo. tit. Angel. in l. ult. ff. de appellat. recipiend. text. in l. uendit. §. ſi conſtat. ff. cõmu. prædior. ibi, ſatisfac. domin. Bal. in d. l. ſeru. qui hãc ſentent. mirabiliter amplific. Bart. in l. ult. §. Tit. ff. de pignorat. actio. et l. 2. hactenus. §. 1. ff. de aqua pluu. arcẽd. Angel. in l. item ſi uulneratũ. §. 1. ff. de rei uendic.

b Cicero lib. 3. Officiorum.

c Archidiac. in c. quamuis. 23. quæſt. 8. contra Hoſtienſ. in ſumma de præſcr. § quæ exigant. Speculat. in tit. de ferijs. §. quoniam. uerſic. 23. Archid. in d. c. per principal. Odofred. in l. bene à Zenone. C. de quadriẽ. præſcriptio. optimè Fel. in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 23.

d Innoc. in c. quæ plerîq; de immunitate eccleſiæ. DD. præcipuè Anto. Imol. Salicet. in d. c. quæ in eccleſiar.

e text. in c. priſcis. ibi Anto. & Imol. diſtinctio. 55. extat in hanc rem pulchrum in primis conſilium apud Ludou. Roman. 404. et 415. et 459. facit c. cum ceſſante. ext. de appellat. et c. poſt translatio. de renunc.

f Hanc. ſentẽt. plerib. defend. Paul. de Caſtr. conſ. 281. quod incipit, in Chriſti nomine, &c. Primum dubium procedit, &c. & conſil. 216. Præſuppoſ. ſine præiudicio, et conſil. 116. Viſo et examinato.

g l. ult. C. ſi contr. ius uel utilit publ.

h argum. per c. uenerabilẽ. ext. qui filij ſint legit.

i Bald. in l. 2. uerſic. No. quod plenitudo. C. de ſeruitut. et aqua. DD. in d. c. quæ in eccleſ.

k in l. totiens. ff. de pollic. et priorẽ hanc ſentent. tuentur Paul. de Caſtr. in l. Gall. §. et quid ſi tantũ. ff. de lib. et poſthum. Bald. in l. cũ filius. ff. de teſt. mulit. Ant. in c. per uenerab. præcip. uerò Sal. in d. c. quæ in eccl.

generis conſociationem, ciuilemq́ coniunctionem retinendã, quæ præcipuè conſeruať æquabilitate iuris, uoluntate egregia intelligat, quatenus probabili ex cauſſa alteri detrahere uel poſsit, uel uelit, quod uel ſibi aſſumat, uel in aliũ transferat.

Quæſtionis eſſe, non ignoramus, cũ antè dixerimus contra certorũ hominũ opinionẽ Principẽ ſine cauſſa rationabili nõ debere nec poſſe ſuũ ius alteri detrahere:ᵃ ſed tamẽ illi permit
14 ti, ut etiã ſine cauſſa modicã læſionem inferat;ᵇ an Princeps quẽpiã cogere poſsit, ut in arbitriũ cõpromittat. Nam dubitationem adfert illud, quod ſuſcepto arbitrio, in poteſtate arbitri poſitum ſit, ſua ſentẽtia alteri ſuum ius adimere.ᶜ Nos pro more noſtro ſimpliciter exiſtimamus, ſi cauſſa, quæ in controuerſiam trahitur, plena ſit uariæ diſputationis, etiam ita magnis utrinque diſceptationibus iactetur, ut æquabilis eius definitio, ad tranquillitatem, quæ ciuium cõcordia præcipuè retinetur, pertinere uideatur, poſſe & debere Principem litigatores cogere, ut in arbitrum compromittant.ᵈ neq́ nos mouet, quod
15 pleriq́ putant eo modo ſuum ius litigatori adimi ſententia arbitri: quoniam ſi arbiter ſententiam iniquam dicat, poterit ab ea prouocari, & ius priſtinum retineri.ᵉ

Permittitur tamen Principi nõnunquam, ut etiam ſine cau
16 ſa, pro uoluntatis ſuæ arbitrio alteri ſuum ius adimat: ueluti cum lex det modum acquirendi dominium, illum autem Princeps ſine cauſſa tollat antè, quàm quis dominium acquiſiuerit, puta ſi ab inteſtato uenientib. adeundi ius tollat, quod iuris ciuilis eſt,ᶠ neq́ in bonis noſtris eſſe dicitur:ᵍ & per cõſequens Princeps ſpurium ſimpliciter legitimum faciendo, tale ius tollere poteſt, propterea quod nec dominium quæſitum ſit, & in
17 ijs quæ à iure ciuili inducta ſunt, ſufficiat ſola uoluntas.ʰ Aliter, atque ſi dominium legis auxilio iam acquiſitum ſit. nam eo caſu dominium ſine cauſſa alteri adimi non poteſt, non ea ratione, quod modus dominij acquirendi non ſit à iure ciuili
18 inductus, ſed quod ipſum dominium iam acquiſitum ſit naturali ac gentium iure, quod tollere Princeps non poteſt.ⁱ

Singulare tamen hoc eſt, & Principis proprium, ut rem,
19 quam ſibi cum alio cõmunem habet, uniuerſam pro ſua uolũtate uendere poſsit, ſoluto tamẽ precio eius rei ſocio.ᵏ Item ut
20 rem alienam donatam, quam ſuam ipſius propriã credidit, cõfirmet quadriennij præſcriptione in ueri domini præiudiciũ,

n 2 ut

a Raphael Fulgoſ. in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. public. & Salycet. in d. c. quæ in eccleſ. ſcribunt hãc ſententiã et communiorem et rationabiliorem eſſe.
b Bald. in l. 1. ff. de cõſtitution. optime Salycet. in d. c. quæ in eccleſiar. nu. 47. de conſtitutio.
c l. diem proferre. § ſtari autẽ. ff. de arbitr.
d Dominic. et Salycet. in d. c. quæ in eccleſ. text. in c. cum inter. ext. de elect. & pulchr. in c. placuit. 90. diſtinctio. quẽ Abbas magni facit in c. humiles. ex. de maior. et obedient. et in c. nouit. de iudic. cum ſimilib. ll. quæ recenſentur in c. 2. de mutu. petitio. l. 1. §. poſt operis. ff. de operis noui nunt. ibi pulchrè Alex.
e Bart. in l. ult. C. de iud. et in l. 1. §. interdũ. ff. à quib. appell. nõ liceat. Bald. in l. diem proferri. §. ſtari. ff. de arbitr. Petr. de Anchar. in c. ab arbitris. ff. de offic. delegat. lib. 6. copioſe Salycet. in d. c. quæ in eccleſiar.
f l. obuenire. ff. de uerbor. ſignificat.
g l. precia rerum. ff. ad leg. Falcid. quam Bald. refert in Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.
h Communis omnium hæc ſententia eſt in d. c. quæ in eccleſiarum.
i l. ex hoc iure. ibi Bartol. ff. de iuſtic. & iur. Bald. in l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. Felinus, qui multa in hanc ſententiam recitat, in d. c. quæ in eccleſiarum. nu. 49.
k l. 2. C. de communium rer. alienat. Abb. in c. penult. de re iudicat. Bart. in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. public.

ut pulchrè tradit Bartol. in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. public. per text. in l. bene à Zenon. C. de quadrien. præſcriptione.

QVATENVS PRINCEPS CONTRA IVS POſitiuum aut ciuile quippiam ſtatuere poſsit. Cap. XXI.

1 *Princeps contra ius poſitiuum ſtatuere & reſcribere poteſt.*
2 *Principis Maieſtas amplior auguſtiorq́; eſt iure poſitiuo.*
3 *Princeps poteſtatem habet de iure poſitiuo diſponendi.*
4 *Principis uoluntas cum pro ratione habeatur, non erit de eius poteſtate diſputandum.*
5 *Principi in magna poteſtatis amplitudine perpetuò ſpectandum eſſe, quid naturæ lex, quid ciuilis uitæ ſocietas, quæ iuris æquabilis conſeruatione retinetur, requirat atq; poſtulet.*
6 *Principẽ non oportere alieni appetentem eſſe, ſed eam tenere innocentiæ atq; continentiæ legem, quam alijs ipſe præſcribit.*
7 *Cauſſa rationabilis faciendi omnia quæ fiunt, in Principe præſumitur.*
8 *Princeps poteſt proceſſus ſolennitatem omittere.*
9 *Princeps poteſt iudicium confirmare, non obſtante ineptitudine libelli.*
10 *Princeps poteſt ſententiam libello non, conformem dicere.*
11 *Princeps poteſt ſine litis conteſtatione in cauſſa concludere.*
12 *Princeps poteſt ultrà, quàm petitum ſit, pronunciare.*
13 *Idem poteſt ſententia ſua cauſſam contra temporis præſcriptionem definire.*
14 *Princeps poteſt cauſſam ad ſe nondum deuolutam, auocare.*
15 *Princeps poteſt iuriſdictionalia pro ſuo arbitrio amouere.*
16 *Idem poteſt donationem ſuper 500. aureos facere ſine inſinuatione.*
17 *Princeps poteſt uno uerbo Doctorem creare.*
18 *Idem poteſt bonorum ceſſionem dare.*
19 *Et facultatem concedere noui collegij ædificandi, ut item muri ciuitatis reficiãtur.*
20 *Princeps poteſt tutores ante finitam tutelam abſoluere à tutelæ officio.*
21 *Medicos datos approbare.*
22 *Milites in locum mortuorum ſuffectos approbare.*
23 *Quæ iure ipſo ualde infirma ſunt, approbari Principis poteſtate poterunt.*
24 *Quod ipſo iure nihil eſt, poteſtate Principis reuiuiſcit.*
25 *Princeps inſufflat ſpiritum uitæ inſtantiæ.*

MAGNO iudicio & conſenſione Iuriſperitorũ
comprobatum hodie eſt, Principem ſtatue-
re & reſcribere poſſe, cõtra ius ciuile ſiue po-
ſitiuum, [a] propterea quòd eius auguſta ſiue 1
maieſtas, maior atque amplior ſit ipſo iure 2
poſitiuo: [b] ſatiſq; conſtat, Imperatorem, & 3
quicũq; ſupremã poteſtatem, retinet, habere liberam poteſta-
tem in iure poſitiuo diſponendi & immutandi: [c] ac proinde 4
cum illorum uoluntas ſit rationis loco, non magnopere in cõ-
trouerſiam aut diſputationem trahendum erit, quicquid in iu-
re poſitiuo uel Imperator uel Princeps conſtituerit. [d] Nos ta-
men cum in toto hoc libro, has commentationes indoctas qui
dem

a DD. omnes. in d. c. quæ in eccleſiarum. de cõſtitutionib.
b c. propoſuit. extr. de conceſſion. præbend. et DD. in c. 1. et c. quæ in eccleſ. de conſtitution.
c d. c. propoſ. de conceſſ. præbend. Franciſc. Curt. ualde pulchrè conſil. 157. part. 2. Canoniſtæ om. in d. c. 1. et l. quæ in eccl. et DD. in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. pub.
d l. diſputari. C. de crimine ſacrileg. Paul. de Caſtro. in l. impet. C. ſentent. reſc. non poſſ. Bald. in §. ſi quis aut. in uerb. non admittimus. alias in uerb. imper. clement. col. ult. tit. de pac. conſtant. DD. in l. ult. C. ſi cont. ius uel utilitat. pub.

dē illas,& ab omni orationis elegantia ieiunas,ad optimi Prin
cipis actiones cōformandas libenter conuertere uoluerimus,
huius unumquenq; Principem hic cū omni reuerentia com-
monemus,ſemper ut ſpectet,atque intueatur, non quod pote
ſtas permittit, ſed quod honeſtas publica, quod Reipublicæ
ſalus,quod ciuium incolumitas,quod naturæ deniquelex ciui
5 liſq; uitæ coniunctio,quæ iuris æquabilis conſeruatione reti-
netur,poſtulat atque requirit:quando Principem,& quicun-
que is ſit, qui uel ius populo dicit, uel clauum Reipublicæ te-
net,innocentis boni atq; etiam continentis uiri, quem nec alie
6 ni appetitio, nec detractio commoueat,perſonā agere, etiam
eam uitę actionumq; omnium legem tenere oportet, quam a-
lijs præſcribit:[a] idq; uel ideo maximè,quòd in dubio ſemper
7 in principe uiro prēſumatur, RATIONABILIS CAVSSA
faciendi omnia ea quæ ab ipſo fiunt:[b] adeò, ut contra hanc
rationabilis in Principe cauſſæ prēſumptionem non admitta-
tur in contrarium probatio:[c] niſi in paucis aliquot caſibus,
qui partim à nobis ſunt dicti,et amplius ſcribuntur à Salyceto
in d.c.quæ in eccleſiarum.extr.de conſtitutionib.

Ex hac quoque poteſtatis ui, quam ſibi Princeps in ijs quæ
8 iuris poſitiui ſunt,aſſumit,poteſt Princeps proceſſus ſolenni-
9 tatem à iure poſitiuo introductam,omittere:[d] iudiciū inchoa-
10 tum, quod alioquin propter uitium inepti libelli nullum eſt,
11 conformare:[e] ſententiam, quæ libelli concluſioni conformis
12 non ſit, dicere:[f] ſine litis conteſtatione in cauſſa concludere:[g]
13 etiā amplius quiddam,quàm petitum ſit, pronunciare:[h] cauſ-
ſam ſententia ſuā aduerſus temporis præſcriptionem defini-
14 re:[i] & eam cauſſam, quæ ad ipſius cognitionem nondum eſt
15 deuoluta,auocare:[k] iuriſdictionalia pro ſuo arbitrio aut pote
16 ſtatis plenitudine amouere:[l] quingentos aureos ſine omni in
17 ſinuationis ſolennitate,cui uelit, donare:[m] ſine maiore cogni-
18 tione & doctrinæ examine Doctorē uno uerbo creare:[n] facul
tatem cedendi bonis dare:[o] permittere atque concedere, ut
19 uel nouum collegium ædificetur,[p] uel ciuitatis muri refi-
20 ciantur:[q] tutores ante finitam tutelam, ab officio abſolue-
21 re:[r] medicos datos approbare:[s] milites in locum eorum qui
22 mortui ſunt, ſuffectos atque ſubrogatos confirmare,[t] & eiuſ-

a l.cætera.ff. famil. hercifc. Salycet. in c. 1. de conſtitut. nu. 51. per l. 1. ff. de ſolutio. quam et Bald. allegat. in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine.

b Cyn. in d. l. ult. C. ſi cōtr. ius uel utilitat. pub. et in l. reſcripta. 2. et 4. quæſtio. C. de precib. imperat. offerend. gloſſ. ult. et Barto. quoq; in l. reo legat. ff. de pœnis. Abbas in c. quanto. extr. de iureiurand. et c. cauſſis. de re iudicat. & c. cum ueniſſent. de iudicijs, &c.

c Cyn. in d. l. ult. quem ſequūtur Canoniſtæ in d. c. quæ in eccleſiarū. & Do min. in c. 1.

d pulchr. Mat. de Afflict. in c. unic. §. inuer. pri mit. notat. 4. tit. de pac. iuramēt. firmand. nu 12. fol. 116. et in tit. quæ ſint regalia. per Frider. imp. §. regalia. nu. 70. part. 3.

e Bald. in l. Aemil. Largian. ff. de minorib.

f Matth. de Afflict. in c. unic. de contro. in nu. 36. fol. 85.

g Io. And. poſt. Innoc. in c. cōſt. de religio. domi.

h Io. And. in c. cū inter. de conſuet. et c. cum ſuper. de excеſſ. prælat. i l. 1. §. 1. ff. ſi ingenu. eſſe dicatur. k c. paſtoral. §. ult. de offic. deleg. l Mat. de Afflict. in c. unic. §. poteſt. tit. quæ ſint regal. Bald. in l. reſcripta. C. de prec. imperator. offerend. m l. ſancimus. cum Auth. ibi, poſ. C. de dona. Io. Andr. in additio. Speculat. tit. de inſtrum. edit. §. porro. n Angel. in l. 1. C. de ſent. paſſis. o l. ult. C. qui bonis ceder. poſſint. p l. 1. ff. de colleg. illicit. facit text. in c. ult. de religioſ. domi. Vid. c. 1. §. conuētic. de pac. iuram. firmand. q l. ſacram. §. muros. ff. de rer. diuiſio. r l. idē Vlp. §. ſunt & alij. ff. de excuſ. tutor. s Mat. de Afflict. in. §. regalia. tit. quæ ſint regalia. nu. 48. t l. neminem. C. de re militari. lib. 12.

modi pleraq; multa, quę alioquin ipſo iure ualde infirma ſunt, 23
etiã re integra confirmare.[a] Hinc enim uulgo dici ſolet, quod 24
ipſo iure nullum eſt, poteſtate Principis reuiuiſcit.[b] Item, Prin 25
ceps inſufflat ſpiritum uitę inſtantiæ.[c]

a c. quia Ioan. 12. quæſt. ult.
b l. adopt. ff. de adoptio. l. 1. et l. 3. ff. de de reb. co rũ. et d. l. Aemil. Largian. ff. de minor. et c. hoc quipp. 3. quæſt. 5. c. ad petition. ext. de accuſat. et c. in primis. 2. quæſt. 1.
c gl. quã Bald. notat in l. ab ho ſtib. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſtitut.

PRINCEPS QVATENVS IMMVNITATEM A' muneribus publicis & tributis dare, aut uectigalia, collectas, & eiuſmodi imponere poſsit ac debeat. Cap. XXII.

1 *Qualem animum patronus erga libertum gerit, talem optimus Princeps in ſuos ſubditos gerere debet.*
2 *Principem non debere ſubditorum paupertate ſuas luxurias profundere.*
3 *Ad Principis curam pertinet prouidere, ne ciuium fortunæ atq; facultates immoderatis collectis exhauriantur.*
4 *In Principis poteſtate poſitum eſt, munera imponere.*
5 *Princeps duabus ex cauſsis præcipuè poteſt munera inferre, ſi hoc uidelicet Reipublicæ ſalus deſideret: & ſi ipſe faciundis ſumptibus, quos rei, quæ ſuſcipitur, magnitudo poſtulat, non ſit ſuffecturus.*
6 *Ex quibus argumentis colligatur, Principem neceſſe non habere, ut exactione munerum ciues diuexet.*
7 *Pleroſq; excuſari à ſuperindicto.*
8 *Nullam hodie differentiam eſſe inter collectam & indictionem.*
9 *Collectas olim tempore Frederici Imperatoris primùm inuectas eſſe: & hodie imponi non poſſe, niſi uoluntate atq; conſenſu ſubditorum.*
10 *Princeps non debet immoderatè ciues urgere, ut extraneum ſiue hoſpitem ſiue militem hoſpitio ſuo, ædiumq; communione excipiant.*
11 *Regalia quæ dicantur, & quid illorum appellatione accipiatur.*
12 *Qui ſibi regalia ſumere queant.*
13 *Cuius rei cauſſa regalia concedi & ſolui ſoleant.*
14 *Quæ propria eorum ſint officia, qui ſibi uectigalium iura uſurpant.*
15 *Paulum apoſtolum iubere, ut populus ſuis poteſtatibus tributum dare uelit.*
16 *Regalia nec temerè appetenda, nec concedenda eſſe.*
17 *Maieſtatem lædit, qui temerè ſibi uſurpat uectigalia.*
18 *Regalia concedi non debere, niſi cum clauſula, motu proprio, &, ex certa ſcientia.*
19 *Quid interſit inter ea regalia, quæ uel imperatores & alij maioris poteſtatis concedũt, & ea quæ ciuitates imponunt.*
20 *Qui ſuperiorem poteſtatem agnoſcit, ius uectigalium non habet.*
21 *Vectigalia à quibuſdam acquiri poſſe, uel priuilegio, uel præſcriptione, uel conſuetudine uetuſtiſſima.*
22 *Quod Principis priuilegio atq; conceſſione, idem uetuſtiſſima conſuetudine acquiri poteſt.*
23 *In omnibus uectigalibus atq; pædagijs præcipuè obſeruari ſolet conſuetudo uetuſtiſſima, ſiue longiſſimum tempus.*
24 *Paria ſunt priuilegium & conſuetudo.*
25 *Conſuetudo uetus uim iuris atq; tituli habet.*
26 *Euiſdem poteſtatis eſt, quippiã in uim priuilegij, aut uetuſtiſſimæ conſuetudinis, aut longiſſimi temporis obtinere.*
27 *Probare aliquid per æquipollens ſufficit.*
28 *Quotiens uel lex, uel conſtitutio præſcriptionem tollit, nunquam tamẽ eam adimit,*

cuius

cuius initium in contrarium non eſt in hominum memoria.
29 *Vectigalia ob cauſſam Reipublicæ inſtituenda eſſe.*
30 *Qui temerè uectigalia infert, peccato mortali ſe implicat.*
31 *Qui rerum commercia impedit, ius gentium labefactat.*
32 *Mos uetus in exigendis uectigalibus retineri debet.*
33 *Leges ſeueriſſimè in eos animaduertunt, qui ſubinde noua uectigalia imponunt.*

QVALEM animum patronus erga ſuum liber-
tum gerit, talem optimus quiſq; Princeps er
1 ga ſuos ſubditos gerere ac prǽſtare debet:[a] ut
cũ longè abeſſe uelit ab omni alieni appetitio
ne & detractione, tũ ſanè nihil auarè, nihil cu
pidè, nihil libidinoſè agere, aut ſubditorũ pau
2 pertate atq; inopia ſuas luxurias profudere.[b] Nam ut unũ om
nibus ſtudiũ eſſe debet, tueri ac cõſeruare humanę uitę atq; cõ
iunctionis cõſociationem, ſeruire utilitati cõmuni, omnia uitę
ſtudia, opes atq; facultates in commune ferre: ita tamen maxi-
mè decet Principem prouidere, ne ciuium opes immoderatis
3 ſiue collectis, ſiue tributis, ſiue muneribus exhauriantur.[c] Ac
proinde, quamuis in ipſius Principis poteſtate poſitum ſit, ſu
4 perindictum, ſiue munera extraordinaria, ſiue collectas infer
re:[d] uectigalia noua, pædagia, tributa, & eiuſmodi extraordi-
naria inducere, quæ fiſco applicanda erunt:[e] perpetuò tamen
hanc moderationem adhibebit, ne eiuſmodi munera impone
re uelit, niſi Reipublicæ cauſſa. Nam ita demum Principi opti
ma ratione permittitur, prędicta munera imponere, primùm
ſi hoc laborantis Reipublicæ ſalus atque incolumitas poſtu-
let: deinde ſi Princeps ijs ſumptibus, quos grauiſsimæ rerum
temporumq; conuerſiones, uel ad retinendam libertatem trã-
quillitatemq; publicam, uel depellendam excurrentem & pro
pè inſultantem hoſtium uim requirunt, non ſit ſuffecturus.[f]
Eſt autẽ mediocris ingenij atq; iudicij, uidere, quatenus Rei-
publicæ neceſsitas hæc munera requirat: quæ certè nemo, qui
eius ſalutem ſaluã eſſe uelit, (debemus autem omnes) nec de-
bet nec poteſt detrectare quantũuis uaſallus.[g] Et cõmunis na
turæ ſenſus facile arguit, eum Principem alieno præſidio care
re, etiam ab eiuſmodi exactionibus ſibi temperare poſſe, qui
non ſolum intemperantia, ſed etiam conſuetudine & naturæ
inductione, in peruerſa ac profuſa largitione atq; luxuria uer-
ſatur: qui in officijs pudoris, continentię, frugalitatis, parſimo
nię, nihil uel hominis uel ſenſus habet: in ueſtium uerò affluẽ
6 tia, ſumptuum magnitudine, præcipuè uerò uoluptatibus om
nes Epicureos ſenſus ſingulari acrimonia uincit.[h] Adhiben-
da igi-

a Cõmunis hæc eſt omnium eorum qui feudalia iura tractãt, ſententia, referẽte Matth. de Afflict. in tit. quæ ſint regalia. §. et extraordinaria. num. 5. fol. 151. part. 5.

b And. et Mat. de Afflict. pulchrè in d. §. & extraordinar.

c Extant ualde pia præcepta Matth. de Afflict. in hanc rationẽ, in loc. prænotat. et l. 3. §. 1. uerſic. præſes prouinciæ. ff. de munerib. et honorib.

d text. in d. §. et extraordinaria. et l. 1. C. de ſuperin. lib. 10.

e l. 3. C. de nou. uectigal. c. innouamus. extr. de cenſib. c. ſuper quibuſdã. de uerbor. ſignificat. l. 3. C. de annon. et tribut. l. placet. C. de excuſ. em. l. ult. §. patrimoniorũ. ff. de munerib. et honor. l. form. § ſi uero is qui agrũ. ff. de cenſi. et tot. t. ff. de mun. et hon.

f text. ibi quoque Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. et alij in d. §. et extraordinaria. et l. 3. ff. de munerib. et honorib. Auguſtin. lib. 2. de ciuitat. Dei.

g And. de Iſer. et Matth. de Afflict. in tit. quæ ſint. regal. et §. ibi, et extraord.

et d. l. 1. C. ut nemini liceat. h idem Andr. de Iſer. et hunc ſecut. Matth. de Afflict. in d. §. extraordinar.

ſumptio non leuis eſt, illum facti rerumq́ circumſtātijs inſtru-
ctum, neque leuiter inductum eſſe: quamobrem ea quæ con-
ceſſa ſunt, uideri queant non omnino improbari poſſe.[a] Illud 9
tamen obſeruare cōuenit, cum Princeps motu proprio, & ex
certa cauſſa negotium aliquod ad ſe reuocet, non opus eſſe, ut
de eo certiorem faciat iudicem inferiorem:[b] ſi tamen interea 10
quippiam per ignorantiam attentaretur, certe illud excuſari
poſſet.[c]

a clement. per literas. de præbend.
b text. in c. 1. de cōceſſio. præbendar. lib. 6.
c DD. in d. c. 1. de conceſſio. præbend.

PRINCIPIS MANDATVM AN IVSTVM metum inferat? Cap. XVI.

1 *Principis epiſtolæ habent eius uoluntatis ſignificationem.*
2 *Epiſtolæ Principis in omnibus cauſsis ac rebus retineri debent.*
3 *Epiſtolæ Principis, quæ comminationis plenæ ſunt, iuſtum metum adhibere uidētur.*
4 *Nihil eſt quod magis ciuium animos in officiorum religione retineat, quàm moderati Principis continentia.*
5 *Nihil ad diſſoluendam ciuium conſociationem perniciosius, quàm in conſtituta Republica quicquam per uim agi.*
6 *Simplex et moderatus Principis iuſsus nullum metum adhibet.*
7 *Eius Principis, qui animorum impotentia efferri ſolet, iuſsus metum iuſtum inferre ſolet.*
8 *Iuſti metus definitio in iudicis arbitrio atque æſtimatione poſita eſt.*
9 *Iuſtus metus ex iudicijs & rerum circumſtantijs definiri ſolet.*
10 *Quod metus cauſſa geſtum dicitur, hoc bonis legibus & moribus improbatum eſt.*
11 *Quod per metum geſtum eſt, retractari poterit, uel ſuperioris iudicis officio, uel propoſita actione Quod metus cauſa, &c.*
12 *Principi prouidendum eſſe, ne quid per uim aut metum geratur.*

PRINCIPIS epiſtolæ, quibus is mentis uolun 1
tatisq́ ſuæ ſignificationē facit, ſicut legis uim
habent, & retinere omnib. in cauſsis atq; ne-
gocijs debent:[d] ita ſi eæ plenę ſint grauiſsimę 2
comminationis, metum certè, qui & in gra-
uem & conſtantem uirum cadit, adhibere ui-
dentur.[e] Nihil enim eſt quod optimorum ciuium animos in 3
officiorū religione magis retineat, q̄ moderati & iuſti Princi-
pis continentia: nihil quod humanæ uitæ coniunctionem at- 4
que ſocietatem magis diſſoluat, cunctaq́ Reipublicæ funda-
menta euellat, quàm ciues metu ſuſpenſos atq; defixos teneri,
& in compoſita & conſtituta Republica omnia per uim agi.[f]
Itaq; etſi ſimplex & moderatus Principis iuſſus nullū metum 5
adhibere uideatur, ſi tamen cōtrà plenus comminationis ſit,[g]
aut ab illo profectus, cuius ingenium uehemens atque aſpe- 6
rum inſolenter efferri, & in maiorem aliquando animorū im-
potentiam ſiue audaciam procumbere ſoleat, dubitatio nulla
eſt, quin eius ſiue iuſſus, ſiue mandatum, iuſtum metum infe-
rat:

d text. in l. 1. ff. de conſtit. in uerb. per epiſtolam. ibi Paul. de Caſtr. et Iaſon. Angel. in l. item ueniunt. §. cæterum. ff. de petit. hæred. et idem Angel. atq; modern. in l. 1. in princip. per gloſ. ibi. ff. de ferijs.
e Abbas in c. 1. de offic. iud. deleg. gl. in l. 1. C. ſi rect. prouinc. Bart. in l. metum. ff. quod met. cauſ. Innocent. et Abbas in c. cauſſam matrimonij. de offic. iud. delegat. toto tit. ff. de eo quod met. cauſ. et tit. unde ui, &c.
f text. in l. ad inuidiam. C. quod me. cauſ. Alexand. conſil. 16. quod incipit, Ponderatis narratis. lib. 1. gloſ. in c. ult. per illum text. qui cle. uel uot. fac.
g Bartbol. in l. penult. C. quod met. cauſ. et in tractat. de tyrannid.

7 rat.[a] Nec una aliqua ratio metus, ut uel iuſtus uel iniuſtus di-
cat, dari poteſt: ſed cũ eius definitio in iudicis cognitione, arbi
8 trio atq; poteſtate ferè poſita ſit, [b] cum & metus iuſtus ex iu-
9 dicijs, prçſumptionibus, & uarijs rerum circumſtantijs defini
ri queat: [c] nõ erit difficilis cognitionis, quatenus Principis uel
mandatum uel epiſtolæ uel iuſſus metum iuſtum adhibeant.
Hoc ſanè quæſtionis eſſe poterit, quod per metũ geſtum eſt,
an hoc ipſum tanquam omnibus bonis legibus ac moribus i-
10 niquum & improbatum, [d] iure ipſo nullum habendum: an ue-
rò uel iudicis ſuperioris officio, uel actione quod metus cauſ-
ſa, reuocãdum ſit. Anthonius ſanè de Butrio putat, quod me-
tu factũ dicitur, ipſo iure nullum eſſe. [e] alij uerò diuerſam ſen-
tentiam ſecuti, ſcribunt rectius eſſe, ut quod metus cauſſa ge-
ſtum eſt, uel iudicis ſuperioris officio atque auctoritate, uel a-
ctione quod metus cauſſa, retractetur: quæ ipſa ſententia pro-
11 babilior uidetur. [f] Porrò quod huius argumenti propriũ eſt,
cũ in omnib. cauſsis atq; iudicijs nõ uis ulla, nõ metus, non im-
moderatus animorũ affectus, ſed ratio, prudentia, atq; etiam
continentia regnare debeant, cohibendæ certè & coercendæ
erunt optimo cuiq; Principi excurrentes illę & nimium conci-
tatæ animorũ percuſsiones: cauendumq; magnopere, nequid
12 per uim, per metum, aut impotentiam fiat.

SIT'NE IN PRINCIPIS POTESTATE, MEDIOCREM LęSIONEM INFERRE POSSE? Cap. XVII.

1 *Princeps non præſumitur in alterius læſionem quicquam facere uelle.*
2 *Principis mens atq; intentio bonis legibus conformis præſumitur.*
3 *Princeps, & quicunq; Reipublicæ perſonam gerit, modicam læſionẽ inferre poteſt.*
4 *Princeps ſolutionis terminum, eiusq; dilationem facere poteſt.*
5 *Qui ante acceptũ iudicium, quod debetur, ſoluere paratus eſt, ei ſolutionis terminus concedi debet.*
6 *Non tantum petentibus dies ad ſoluendum dandus, ſed etiam prorogandus erit.*
7 *Quæ humanitatis ratio tenenda, in concedendis dilationibus.*
8 *Quæ leuis cuiuſdam & modici momenti ſunt, eorũ cura atq; ſollicitudo non magnopere pertinet ad Principem.*
9 *Quædam confirmandæ & retinendæ humanæ coniunctionis ſtudio lenienda & remittenda erunt.*

PRINCEPS licèt in dubio non prçſumatur uel pri-
uilegium concedere, uel gratiam facere, uel
1 quicquam ſibi in alterius læſionem ac præiu-
dicium ſumere uelle, [g] propterea quòd uni-
uerſa eius mens, commentatio animi, adeó-
que omnis actio, ad optimarum legũ reueren-
2 tiã atq; dignitatem cõformari uideatur: [h] cum tamẽ in magnis

m 2 rerum

a gloſ. in c. cum uenior. 23. quæſtio. 8. in uerb. morare. Io. An. in d. c. ult. ad fin. qui cler. uel uot. Gem. cõſ. 15. ſu per primo in ſecund. dub. Bart. in l. de pup. §. ſi quis ipſi præ. ff. de op. no. nũc. et in l. met. C. quod met. cauſ. et l. 5. C. ex quib. cauſ. maior. Abb. et alij in c. ult. de appellatio.

b l. 3. ad fin. ff. ex quib. cauſ. maior. ibi, huius rei inquiſit. iud. eſt. & notatur per gl. Innoc. et alios in c. cũ dilecti. in uerbo, mort. ext. quod metus cauſ. Bald poſt gl. in l. interpoſ. C. de tranſact. et eund. in l. 2. C. de ijs qui per met. iud. non appell.

c Bald. cõſ. 16. lib. 3. et in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. et cler. Bartol. in d. l. de pupill. § ſi quis ipſi prætori. de op. nous nũciat. Alex. conſ. 48. quod incip. quoniã per excellentiſ. lib. 4. & c.

d l. contineт. §. ſed uim. ff. de eo quod met. cauſ.

e in c. ad aures. ext. quod metus cauſ.

f Io. de Imol. al leg. deciſ. Rotæ. 207. in d. c. ad aures. et in c. ſuper his. de renũc. Panor. in c. Abb. ext. de eo quod met. cauſ. Cald. in conſ. 1. quamuis. de reſconſtitutio.

g c. ſuper eo. ext. de offic. deleg. cũ ibi adduct. l l. in gl. c. ex tuarũ. ubi text. ext. de auctor. et uſu pallij c. ſcript. lib. 6. et quæ notantur in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitatẽ publ. et in c. quæ in eccleſiarum. extr. de conſtitutio.

h Bald. in c. 1. tit. apud quem uel quos controuerſia. text. et ibi Bald in l. ex facto. ff. de uulgar. et pupill. ſubſtit. d. c. ſuper. de offic. delegat. Compoſtell. in c. cauſſam quæ. extr. de reſcript. ibi quoq; Imola.

rerum,perſonarum ac temporum circumſtātijs pleraq; multa uel de iudiciorū ſeueritate,uel ſtricto ac ſummo iure remittē-da,& tanquam lenienda erunt, permittitur Principi, & quicū que uel tribunalia exercet, uel rerum gubernacula tractat,ut cauſſa aliqua motus,mediocrem læſionē inferre poſsit. a Cu- 3
iuſmodi eſt, ſi fortè ipſi debitori, contra creditoris uoluntatē ſolutionis dilationem permittat,quo & minore cum incōmo-do, & aliquo temporis ſpacio, id quod debetur, perſoluere queat. Nam hanc dilationem ſibi ſumere poteſt iudex, b nō au 4
tem debitum remittere, uel reum creditoris actione legitima eximere. c Et naturalis ęquitas,etiam leges ſcriptę permittūt, d 5
ut qui ante acceptū iudicium,quod debent,ſoluere ſe paratos eſſe dicant, atq; in rationem ſolutionis faciendæ tempus ali-quod petant, ijs petitum ſolutionis tempus pro iudicis mode 6
ratione indulgeatur:quando,ut Calliſtratus ait, e non tantum petentibus dies ad ſoluendum dandi ſunt,ſed & prorogandi, ſi res exigat, &c. Et hanc moderationem retinebit Princeps, ut ubiq; ſpectet benignitatis humanitatiſq; legem,quę nos cō monet,& quibuſdam tāquam uirtutis ſtimulis incitat, ut ſine cuiuſquam offenſione,uel læſione grauiore,omnium rebus ac fortunæ ſeruire uelimus. Porrò quę leuis cuiuſdam momenti 7
ſunt,et dari ſine maiori aliquo incōmodo, & tamē cum aliqua alleuatione eius qui ſubſidium quærit, poterunt, ea non ma-gnopere pertinent ad curā atq; ſolicitudinē principū uirorū, f qui hanc poteſtatem habent, ut leui alterius cum offenſione, gratiā alijs facere queant: g eſtq; cum ciuilis uitæ coniunctione 8
planè coniunctū,ut in ea retinenda nōnihil alteri mediocriter decerpamus; quod magnopere alij prodeſſe, & tamen ei cui adimit,quàm minimè nocere poſsit. Nàm ſicut ſecari & aduri 9
membrū aliquod patimur, ut corpus conſeruemus:ita in reti nenda communi utilitate,cuiuis ferēda priuata aliqua iactura.

NIHIL EX OMNIBVS OPERIBVS HVMA-nis præclarius ipſa illa uitæ actionumq; omnium æqualitate. Cap. XVIII.

1 *Aequalitas inter liberos ſeruari debet.*
2 *Eadē inter fratres,ſorores, hæredes,partes,legatarios adeoq; omnes,cuſtodiēda erit.*
3 *In collationis materia tenenda erit æqualitas.*
4 *Aequalitas ſemper & ubiq; ſeruanda erit.*
5 *Aequalitas pacis & concordiæ altrix.*
6 *Inæqualitas omnis diſcordiæ fomentum.*
7 *Aequalitas in Principis decreto obſeruanda.*
8 *Nihil uſu uel uoluptate iucundum eſſe poteſt, quod non ſit cum æqualitate coniun-ctum.*

9 Quo

a text. uulgar. in l. theſaurum. ff. ad exhibend. quem Bald. allegat in l. q accuſare. C. de edēd. & quod notat. Cardinal. in clemēt. conſtitutionem. §. inſuper. de electio. & c. ueniens, de reſtitut. in integr. Innocent. in c. 1. de teſtib. Bald. in l. iudices. C. de iudicijs. & in rubric. de iudicijs. et in l. 1. ff. de cōſtitut. princip.
b l. quotiēs. C. de precib. Imperat. offerend. Bald. in l. ſanci mus. & l. iudices. C. de iudicijs. Panormit. in c. quæ in eccleſiarum. nu. 11.
c in l. debitoribus. ff. de re iud.
d l. quoniam. ff. de ſolutio. l. ſi debitori meo. ff. de iudicijs. l. promiſſor. §. 1. ff. de conſtitut. pecū. l. ſi cum milit. §. 1. ff. de compēſatio.
e in l. debitoribus. ff. de re iud.
f Andr. in c. 1. § ſi quis de manſo. tit. de controuerſ. inueſtitur. Bald. in l. 2. C. de reſcindē. uēdit. Andr. Barober. in rubric. de reb. eccleſ. nō alienand. Bald. in l. ſi prediū. C. de ædi. actio. Bald. in l. multū C. de communium rer. alienatio. & l. ædem. C. locati.
g Bald. in d. l. ff. de conſtitut. Mat. de Afflict. in c. 1. §. præterea ſi uaſallus. nu. 15. tit. quæ ſit prima cauſſa benefic. amittend. part. 1.

9 *Quo maior eſt Principis poteſtas, & liberior eius uoluntas, hoc diligentius obſerua re debet æqualitatem.*
10 *Princeps in contractibus utitur iure communi.*
11 *Principis contractus bonæ fidei naturam ſequuntur.*
12 *Princeps contractum à ſe initum nulla poteſtatis ſuæ plenitudine reſcindere poteſt.*
13 *Breuis præceptio & tanquam commonitio, quam æqualitatis rationem in poteſtatis ſuæ plenitudine tenere debeat Princeps.*

AEQVALITAS cum ſeruari debeat inter libe-
1 ros,[a] inter fratres,[b] inter ſorores, hæredes,[c]
2 partes,[d] legatarios,[e] adeoq; inter omnes,[f]
3 in materia item collationis:[g] in omni deniq;
4 cauſſa atque negocio, in iudicio,[i] & paſsim:[h]
5 propterea quòd ipſa æqualitas, ut in libro
6 de Vſurpatione legũ diximus, pacis atq; concordiæ altrix eſt, inæqualitas uerò omnis diſcordiæ fomentum:[i] ita ea paſsim & ubique, præcipuè uerò in decretis, & eiuſmodi constitutio
7 nibus ſpectanda, atq; ad animi iudicium optimo præſtantiſsimoq; cuique Principi referenda erit.[k] Nihil enim uſu uel uoluptate iucundum, nihil honeſtum, nihil æquũ cenſeri poteſt, quod non idem cum æqualitate (qua omnibus in rebus, maximè uerò in Republica, & iudicijs, nihil eſſe poteſt uel præcla-
8 rius, uel excellentius) ſit coniunctum. Eius tamen obſeruantia & cuſtodia ad Principem, cuius maior quædam pote-
9 ſtas, & liberior uoluntas eſt,[l] præcipuè ſpectat: quem ideo ſuo contractu teneri atque obligari receptum eſt, quod in cõ
10 tractibus iure communi utatur, & in ijs maximè ſeruari debeat æqualitas:[m] quod'ue omnes Principis contractus ſequantur bonæ fidei naturam:[n] eoq; etiam legibus atque moribus
11 comprobatum ſit, Principem contractum à ſe initum, ideo quod bonæ fidei habeatur, præſumaturq; in eo ſeruata æqua
12 litas, ne quidem ipſa illa poteſtatis plenitudine, cuius alioquin magna & infinita quædam prærogatiua eſſe ſolet, reſcindere
13 poſſe.[o] Sit itaque breuis hæc præceptio de Principis poteſtate, & quædam tanquam commonitio, ut quoniam nulla uitæ pernicies maior, nulla ciuilis coniunctionis atq; ſocietatis diſſolutio pernicioſior, nulla peſtis ad inferendã Reipub. perturbationem exitioſior inueniri aut excogitari poſsit ipſa illa, inæqualitate:[p] hoc ſpectet, hoc intueat̃, in hoc animi inductionẽ, uoluntatemq; ſuã conijciat, ne alijs diripiat atque decerpat, cu

m 3 ius

a l. ut liberis. l. illud. §. ult. C. de collat. l. cum pater. § eiuſdem ff. de legat. 2. l. ſi poſt mortem. §. ult. ff de bonor. poſſeſ. contr. tab.
b d. l. cum pater. §. eiuſdem. & l. ut liberis, et l. ult. C. communia utriuſq; iud.
c d. l. ut liberis.
d d. l. ult. C. de fruct. & lit. expenſ.
e d. l. illud. & l. ut liber. C. de collat. l. ult. C. de fruct. et lit. exp.
f d. l. ult. C. de fructib. et lit. expenſ.
g d l. ult. ead.
h c. nouit. ext. de iudic. et reg. iur. in iudic. et c. cum inter. de except. l. ſi cum dicet. §. ſi arbiter. ff. de recept. arbitr. l. prouidendum. C. de poſtul. & c.
i gloſ. in d. §. eiuſd. et in l. cũ oportet. §. 1. C. de bonis quæ liber. et in l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. et in c. 1. de ſepultur.
k argument. tot. tit. ff. quod quiſq; iuris in alium. et c. cum omnes. extr. de conſtit. Philipp. Dec. conſ. 456. part. quart. nu. 4.
l l. 1. ff. de conſtitut. principum.
m Bald in l. ex perfecto C. de teſtament. c. 1. de probatio. ibi Anto. Abbas & alij. Cyn. in l. digna uox. uerſic. ult. ſcias. C. de legibus. Bald. in l. 1. ff. de pact. et l. penult. C. de donatio. inter uir. et uxor. et l. 1. C. de tranſactio. et c. 1. tit. de feud. natur.
n Bald. in c. 1. §. ſi quis notat. in princip. tit. de pac. conſtant.
o Paul. de Caſtr. in l. digna uox. C. de legib. conſtit. Bald. in c. 1. §. ad hæc. uerſic. item notat. ex gloſ. tit. de pact. iurament. firm.
p gloſ. in d. §. eiuſdem. et in l. cum oportet. §. 1. de bonis quæ liber.

ius emolumentum ad ſe deuenire uelit, quoniam hoc auari, ra pacis, uerſuti et iniuſti, non autẽ liberalis eſt animi: ſed in omnibus quæ agit, uel concedit, maximè teneat æqualitatem.

PRINCEPS, VEL PONTIFEX, QVATENVS diuini iuris interpretationem facere, uel de eo ſtatuere poſsit. Cap. XIX.

1 *Diſcrimen inter Diuinam & humanam legem. & 7.*
2 *Ius diuinum & humanum in quibus poſitum ſit.*
3 *Iniuria cum moderamine tutelæ propulſanda.*
4 *Naturaliter permiſſum, ut alterum in uenditionibus & emptionibus circumueniamus intra dimidiatam precij partem.*
5 *Iniuriarum actio in quos detur.*
6 *Vxorem in adulterio deprehenſam occidere quatenus liceat.*
7 *Vindicandi ſtudio occidendum neminem eſſe.*
8 *Principi prophano hodie conceſſum eſt ius diuinum interpretari, atq; limitare.*
9 *Interpretatio iuris diuini à Principe facta, in foro ciuili & conſcientiæ ualet.*
10 *Interpretatio diuini iuris tam lege, quàm conſuetudine introduci poteſt.*
11 *Interpretatio diuini iuris fieri poteſt per populum iura imperij habentem.*
12 *Fas eſſe bannitum aut proſcriptum hominem impunè occidere.*
13 *Bannitus occidendus eſt nullo uindictæ, ſed ſolius Reipublicæ ſtudio.*
14 *Interpretatio diuini iuris per Principem noua interpretationis deformitate facta, nullius momenti erit.*
15 *Princeps diuinum ius eatenus interpretari poteſt, quatenus iuriſdictionem in illud habet.*
16 *Princeps interpretationem iuris diuini non niſi rationabili de cauſſa, ſibi ſumere debet.*
17 *Pontificem poſſe iuſta cauſſa commotum ius diuinum interpretari, non autem tollere.*
18 *Pontifex in matrimonio in præſens tempus contracto diſpenſationem facere poteſt.*
19 *Pontifex nullam diuini iuris interpretationem facere poteſt, quæ quidem cum catalogo diuinæ legis pugnet, aut peccati flagitio implicetur.*
20 *Qui impia aliqua Pontificis diſpenſatione utitur Dei uindicta exemptus non eſt.*

INTER ius diuinũ & humanũ cum non leuis ſit differẽtia, ut in lib. octauo de Legum uſur 1
patione declarare conati ſumus, propterea
quòd illud in uero Dei cultu poſitum, iuſtifi
cationis noſtræ præcepta tradit: hoc uerò 2
nec rectum nec legitimum Dei cultum proponit, & plærunq; externũ actũ, rerumq; & anteceſſiones &
conſecutiones ſpectat, ac proinde permittit ut uim atq; iniuri 3
am, ſi aliter effugere nequeamus, cũ moderamine tutelæ propulſemus: [a] ut in uenditionibus atque emptionibus naturali 4
ter alterum circumueniamus, modò dimidiam precij partem
non excedamus: [b] ut iniuriarũ cum eo agamus, cuius ſumus, 5
uel contumelia, uel rei indignitate prouocati: [c] ut in adulterio deprehen-

a l. ut uim atq; iniuriam. ff. de iuſtit. et iur. ibi Bart. l. unic. C. quand. unic. ſe uindic. liceat. l. qui cum aliter. ff. ad l. Aquilia. l. 1. ff. unde ui.
b l. in cauſſæ cognition. §. pō ponius. ff. de dolo malo. l. rem maioris precij. C. de reſcind. uendition.
c tot. t. ff. et C. de iniurijs.

6 deprehenſam uxorem, ſine animę amiſsione occidamus,[a] &c. cum tamen diuina lex ſeuerisſimè uetet atq; prohibeat, ne uel malo reſiſtamus, aut Domino noſtro IESV CHRISTO ſuam ultionem præripiamus:[b] ne'ue fratrem in negotijs circumueniamus,[c] aut odium cum fratre geramus in corde noſtro,[d] ultionem' ue queramus:[e] aut uindictę ſtudio occidamus quen
7 quam:[f] receptum hodie eſt, magnorum hominum conſpirante conſenſione, ut Principi prophano fas atque licitum ſit, ius diuinum ex rationabili aliqua cauſſa limitare atque interpre-
8 tari:[g] illiusq; ſiue limitationem, ſiue interpretationem in utroque foro, tam conſcientiæ, quàm ciuilium actionum, obſerua-
9 ri & comprobari:[h] neque referre, ſiue ea facta ſit promulgatione legis, ſiue inductione conſuetudinis, quoniam eadem utri-
10 uſque uis eſt, atq; uirtus.[i] Aut etiam ea interpretatio ſit facta per Principem, aut per populū, qui imperij iura retinet:[k] quādo populus ſuperiorem poteſtatem non agnoſcens, idem in ſuo territorio poteſt, q̃d uel Imperator, uel Rex, uel Princeps
11 in ſuis locis.[l] Itaque fas hodie eſt, in uim huius interpretationis, eum qui proſcriptus eſt, tanquam transfugam & ciuitatis hoſtem,[m] non aliter atque publicum ciuitatis hoſtem im-
12 punè occidere:[n] niſi cauſſa ſit, quæ ſanè multiplex eſt, referente alicubi Felino,[o] quamobrem is interim impunè nequeat: cum tamen diuinum ius, ut paulo antè demonſtrauimus, omnem nobis uindictam ademptam, ſoli ipſi Deo reſeruet. Ac proinde quoque ei, qui proſcriptum hominem occidit, excitāda erit animaduerſio, ne magis priuatę uindictæ ſtudio, quàm Reipublicæ cauſſa, cuius intereſt ut eius hoſtes perdantur, & cuius conſeruandæ gratia eiuſmodi ſtatutū edictū eſt, cędem committere uelit: alioquin enim non uindex, nō ultor Reipu-
13 blicę, ſed de ſententia atq; iudicio Dei, qui ſolas cogitationes hominum nouit, latro & homicida habebitur.[p] quæ res, & qua ratione eiuſmodi ſtatutum accipiendum ſit, quoniam paſsim, prçcipuè uerò in annotatis locis cum quodam propemodum faſtidio tractet, neq; ad unius Principis poteſtatē pertinet, cuius partes aliquot in hoc libro rudi Minerua deſcribere conatiſumus: uoluimus de induſtria ea omnia hoc in loco omittere, contēti, ſtudioſam adoleſcentiā ſobriè commouiſſe, Principi diuini iuris interpretationē ita demū permitti, primū ne cā alio in genere, q̃ cuius limitatio recepta eſt, ueluti occidēdum non eſ-

a l.1. §. D. Adria. uerſ. ſed et in eum. ff. ad l. Cor. de ſiccar.
b Matth. cap. 5.
c Paul. Apoſt. 1. ad Theſſal. 4.
d Leuitici 11. cap.
e Leuitici 19. cap.
f iuxta 5. decal. cap. ne occidas. quod amplius explicatur apud Matth. 5. Io. prim. cap. 5.
g Innoc. Anto. Imol. Abb. Salycet. in c. quæ in eccleſiar. de conſtitutio. D D. in l. ult. C. ſi contra ius uel utilit. publ. Cynus in l. recept. C. de precib. imperato. offerēd. gloſſ. ult. in l. 1. ff. de conſtitutio. princip. Bart. in l. 1. ff. de conſtitut. Bald. in Authent. ad hæc. C de uſur. et l. 2. de precib. Imper. offerend.
h Felin. pulch. in l. c. de conſtitutio fallent. 6.
i Abb. in c. ult. ext. de conſuetud.
k D D. in loc. præallegat.
l Barthol. in l. acta. §. de ampliand. ff. de re iudic. et in l. infamem. ff. de pub. iudic. et in l. hoſtes. ff. de cap. et poſtli. reuerſ. et in c. per uenerab. ex. qui ſint filij legitimi.
m l. amiſsione. §. 1. ff. de capitis diminut.
n l. 1. ff. ad l. Cor. de ſiccar. Bart. in l. ut uim. et in l. omnes pop. ff. de iuſt. & iure. & in l. 2. C. quando liceat ſe ſine iud. Abbas & alij in c. ult. de conſuetud. Bald. in d. l. 2. & l. data opera. C. qui accuſare non poſſ. & in l. decurion. C. ex quib. cauſſ. infa. irroga.
o in d. c. quæ in eccleſiar.
p Bald. in d. l. 2. C. quando liceat ſe ſine iudicat. Abbas in c. ult. de conſuetud. Felin. in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 12. uerſic. proced. ergo dictum ſtatutū.

nō eſſe,ſibi temerè ſumat: alioquin noua interpretationis deformitate ſtatuere uelit,ut uel priuigno mater,uel fratri ſoror, cōtra naturę pudorem,& diuinę legis reuerentiã,nuberet:nullius certè momenti eiuſmodi eius erit ſiue limitatio, ſiue interpretatio .[a] Deinde ut eam interpretationem in rebus propha 14
nis,quarum iuriſdictionem habet, non autem ſacris ſiue ſpiritualibus,quæ ad Pontificis cognitionem pertinent, facere uelit:[b] quando abſurdũ planè & in efficax foret,ſi profanus princeps cognitionē ſibi de matrimonīj,[c] de iuramenti,[d] de uoti,& 15
eiuſmodi uirtute atque poteſtate arrogare uelit. Poſtremò ut eiuſmodi interpretationem ex cauſſa honeſta, & probabili, quæ ferè ſemper in ipſo Principe præſumitur, non autem te- 16
merè faciat.[e]

Sed & Pontifex iuſta cauſſa commotus, poteſt edita conſtitutione,uel reſcripto, diuinum ius interpretari,non autem in uniuerſum tollere: propterea quòd nec inferior legem ſuperioris,uidelicet Dei,conuellere:aut ius diuinum, quod immu 17
tabile eſt, perfringere queat.[f] eo͡q & in matrimonio in præſens tempus cōtracto,ex maiore aliqua cauſſa perinde diſpenſationem dare poteſt,[g] atque in uoto,[h] in iuramento,[i] in uitio 18
homicidīj,[k] & eiuſmodi alījs:cum hac tamen moderatione,cuius & in poteſtate Principis deſcribenda meminimus, ne uidelicet eiuſmodi interpretationem faciat, quæ cum decalogo diuinæ legis pugnet, & peccati turpitudine implicetur:[l] quã- 19
do etiam is qui Pontificis interpretatione aliqua,uel diſpenſatione contra Dei præcepta utitur, non eximitur diuina uindicta atq; ultione.Quod ipſum meminiſſe, & animo atq; memo 20
ria recordari eos uelim, qui ſpurciſsima animi corporiſq; ſui uitia Pontificis diſpenſatione impudenter atq; impiè prætexūt.[m] poteruntq; hæc pauca ſufficere de poteſtate iuris diuini interpretandi, ſiue limitandi,quam ſibi uel Pontifex,uel Princeps iuſta de cauſſa ſumere poteſt.

QVATENVS PRINCEPS, CONTRA EA quæ uel iuris naturæ, uel gentium ſunt, ſtatuere poſsit. Cap. XX.

1 *Cauſſa rationabilis & cum Reipublicæ fauore coniuncta eſſe Principi debet, quotiens aliquid contra ius naturæ uel gentium ſtatuit.*
2 *Principem rationabili ex cauſſa contra naturæ & gentium ius ſtatuere poſſe.*
3 *Idem ius uniuerſum adimere nemini poteſt.*

4 Quod

a Bald.in d. l. ult. C.ſi contr. im uel utilit. pu bl. DD. in d. c. quæ in eccleſ.
b Abb.in d. c. quæ in eccleſiarũ.alleg. c. per uenerabilem,ad fin. qui filīj ſint legit. facit c. tuam.de ord. cog. Bart.in l. Titia. ff.ſolut.matrim.
c DD. in d. c. quæ in eccleſ.
d Innoc. in repet. c. cum contingat. de iureiurand. et probantur hæc amplius per Anto. & Abbat.in c.1. de ſponſa.per Bal. in l. etſi contra. C. de nup. per Frederic.conſil. 35. Abbat.conſ. 33.
e Abb.et DD. in d.c.quæ in eccleſiar. Innoc. in c.quanto.ex. de conſuetud.
f clem. ne Romani. de electio. et 5.et 6.diſtinct. per omnia.gl.in c. à nobis.de decimis. Hanc ſententiã DD.omnes in d. c. quæ eccleſiarũ.probant. et Innoc. in c.ſuper eo. de bigam. et in c. poſt translat.de renunciatio. Abbas in c.licet. de ferīs.tex. in clement. præſenti de cenſib.et eiuſmod. alīj.
g gloſ.et DD in c. ex public. de conuerſ.coniug. Ioan. Andr. in regul. actus de reg. iur. lib. 6. Hoſtienſ. in ſumm. qui cle. uel uot. §. quis nocens. modern. in c. ad diſſoluendum. de diſpoſit. impuber.
h DD. in c. non eſt uoti. extr. de uoto.
i DD. in c. quanto. extr. de iureiurando.
k Ioan. Andr. in c. ad audientid. de homicid.
l Pulcbrè Richard. de media uilla. in quarto ſententiar. lib. diſtinct. 33. quæſtio. 2. artic. 2. uerſic. uidetur ergo mihi.
m gloſ. ordin. & DD omnes in d. c. non eſt uoti. Innocent. in c. eius olim. de cleric. coniugat. Abb. in c. cum ueniſſent. de iudic. et in c. ſignificaſti. de electio. &c.

4 *Quod princeps maiore aliqua de cauſſa, alteri adimit, id æquabili precio compenſandum erit.*

5 *Nihil tam eſt contra naturam, quàm appetitio & detractio alieni.*

6 *Princeps in priuatorum hominum rebus ac fortunis nihil habet præter uniuerſalem iuriſdictionem.*

7 *Quod à Principe ob cauſſam conceſſum eſt, illa ceſſante, res ſuo domino ueteri reſtitui debet.*

8 *Nec conſcientia bona, nec ciuili diſceptatione defendi poterit, ut res mea ſine cauſſa apud alium ſit.*

9 *Diſpenſationis aut ſtatuti cauſſa ceſſante, ceſſat & eius effectus.*

10 *Nec pontifex, nec Princeps, nec quicunq; imperij iura retinet, ei quippiã detrahere poteſt, in quem nullam iuriſdictionem habet.*

11 *Actus, quo alteri ſuum dominium aufertur, eſt iuriſdictionalis.*

12 *Iuriſdictio in non ſubditum explicari non poteſt.*

13 *Principe inferior non poteſt alteri ſuum ius quacunq; etiam ex cauſſa detrahere.*

14 *Princeps ius alterius ſine cauſſa adimere non poteſt, modicam tamen læſionem inferre poteſt.*

15 *Principem litigatores ex cauſſa cogere poſſe, ut in arbitrium compromittant.*

16 *Qua de cauſſa Princeps nonnunq̃ ex mera uoluntate, ſuũ ius alteri adimere queat.*

17 *Princeps ſpurium ſimpliciter in alterius præiudicium legitimare poteſt.*

18 *Quod naturali aut gentium iure acquiſitum eſt ſine maiore cauſſa, Princeps tollere non poteſt*

19 *Princeps rem, quam cum alio communem habet, ſolus uẽdere poteſt, reddito tamen precio communis rei ſocio.*

20 *Princeps rem alienam, quam ſuam eſſe credidit, alteri donatam confirmare poteſt quadriennij præſcriptione.*

COMMVNIS eſt omnium eorum quorum Cõmentarij in ius utrumque ſcripti, in hominum manibus uerſantur, ſententia, Principem rationabili de cauſſa, & quæ cum
1 Reipublicæ fauore atq; utilitate ſit coniuncta, [a]
contra ea conſtituere poſſe, quæ uel iuris
2 naturæ uel gentium ſunt: [b] cum hac quoque moderatione, ne uel naturæ ius, quod immutabile eſt, uel etiam gentium in
3 uniuerſum adimat. [c] Et quoniam cauſſa diſcrimen facit, conabimur breui, eáq; ſimplici oratione explicare, quatenus Princeps, rationabili cauſſa cõmotus, quippiã contra naturę ác gẽtium ius edicere uel ſtatuere poſsit. Nam hęc ſtudiorum pars ualde prodeſt ijs, ad quos rerum gubernacula deferuntur.

Sit igitur prima hęc propoſitio: Quotiens Princeps, uel magiſtratus, uel communitas maiore aliqua Reipublicæ cauſſa cõmota, ſibi aliquid aſſumere, uel in aliũ transferre uult, quod alteri ſit detractum, hanc retinebit cùm animi excelſitatem, tũ uerò liberalitatẽ, ne commodi ſui cauſſa alienũ appetiuiſſe cõtra naturæ legem uideri poſsit: ſed ſi quid communis cauſſa utilitatis, alterius cõmodis ſit detractum, idipſum æquali pre-

a text. in l. itẽ ſi uerberauũ. ff. de rei uendicat. Bart. in proœmio. ff. per pulchrũ imprimis text. in l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. cõmunia prædior. et in l. 1. ff. de conſtitut. Princip. idem et gloſſ. et alij in l. unic. C. de in ius uocand. Bald. in l. ſi teſtam. C. de teſt. Angel. in l. ſi conſtat. ff. de appellatio. Bartol. in l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. etc.

b DD. in d. c. quæ in eccleſ. et l. ult. C. ſi contr. ius uel util. pub.

c DD. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. et tot. tit. C. ex quib. cauſ. ſer. libert. accip. poſſ. et in l. ſi quis ſepulchrũ, de religio. et c. quorũdam. de iudæis.

cio compenſet. [a] Nam nec aliud magis eſt contra naturam,aut 4
pernicioſius ad diſſoluẽdum arctiſsimum illud humanæ ſocie
tatis atq; ciuilis coniunctionis uinculũ,quàm appetitio aut de
tractio alieni. [b] Nec Princeps ipſe in priuatorum hominum 5
reb. atq; fortunis, aliud arrogare ſibi poteſt,aut debet,quàm
generalem aliquã iuriſdictionem ſiue poteſtatẽ: [c] ac proinde 6
uera,& cum omni naturæ & humani generis lege atq; cõſocia
tione coniuncta eſt hæc,quam diximus,propoſitio.

Altera ſit hæc: Si quippiã poteſtate Principis,aut magiſtra-
tus autoritate alteri ſit detractum,ob maiorem aliquam cauſ-
ſam,ea certè cauſſa ceſſante, res ipſa ſuo domino ſiue poſſeſ-
ſori priſtino erit reſtituẽda: [d] quando ſi aliter fiat, defendi cer 7
tè hoc nec conſcientia bona, nec æquitatis ratione ulla in fori
diſceptatione poterit: propterea quòd lex diſpẽſatiua ceſſet,di 8
ſpenſationis cauſa ceſſante: [e] & ſtatutũ ceſſet,ablata cauſſa ſta- 9
tuti,ut Bald. ſcribit in l.1.C. de nautico fœnore, afferens in hãc
rẽ exemplum cuiuſdam mulieris, quæ cum exularet in uim ſta
tuti unà cum marito proſcripto, ſiue bãnito, mortuo marito,
& ſic cauſſa ſtatuti ablata, in urbem priſtinamq; ſtatus liberta
tem redijt impunè.

Tertia ſit: Nec Princeps, nec quiſquis alius imperij iura reti
net,nec ipſe Pontifex quacunq; ex cauſſa poteſt quippiã ei de
trahere, in quem nullã iuriſdictionẽ habet. [f] Cum enim actus 10
quo alij ſuum dominium aufertur, ſit iuriſdictionalis, [g] iuriſdi 11
ctio autem in non ſubditum explicari nequeat: [h] conſequitur, 12
ueram hanc ſententiam eſſe.

Quarta hæc ſit: Cum unius Principis ſit,de poteſtatis ſuæ
plenitudine priuilegium alteri adimere, non poteſt inferior à
Principe,quacunque etiam ex cauſſa ſuum ius alteri detra- 13
here: [i] rectè que à Bartolo alicubi ſcriptum eſt, [k] eum, cui ciui
tatis auctoritate commiſſum eſt, ut bono publico utilitatiq;
communi ſeruire, & nullam amplificãdæ Reipublicæ occaſio-
nem negligere,aut tempus dimittere uelit, nõ tamẽ poſſe quic
quã alteri in uſum Reipublicæ decerpere, uel detrahere: quia
conceſſa facultas Reipub. augendæ & locupletãdæ hanc uim re
tinere non poteſt,ut fraudi alijs eſſe poſsit: & poterũt pauci hi
loci ſufficere, ut optimus quiſq; Princeps pro ſua erga humani
generis

a DD. in d. c. quæ in eccleſiarum. Archid. in c. per principalem. 9. quæſt. 3. l. ſeru. C. pro quib. cauſ. ſeru. libert. accip. ibi, preciũ à fiſco accipiunt. ubi quoque gl. in l. ult. eo. tit. Angel. in l. ult. ff. de appellat. recipiend. text. in l. uendit. §. ſi conſtat. ff. cõmu. prædior. ibi, ſatisfac. domin. Bal. in d. l. ſeru. qui hãc ſentent. mirabiliter amplific. Bart. in l. ult. §. Tit. ff. de pignorat. actio. et l. 2. hac ſenu. §. 1. ff. de aquæ pluu. arcẽd. Angel. in l. item ſi uulneratũ. §. 1. ff. de rei uendic.
b Cicero lib. 3. Officiorum.
c Archidiac. in c. quamuis. 23. quæſt. 8. contra Hoſtienſ. in ſumma de praeſcr. § quæ exigant. Speculat. in tit. de feudis. §. quoniam. uerſic. 23. Archid. in d. c. per principal. Odofred. in l. bene à Zenone. C. de quadriẽ. præſcriptio. optimè Fel. in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 28.
d Innoc. in c. quæ plerique. de immunitate eccleſiæ.
e DD. præcipuè Anto. Imol. Baliſt. in d. c. quæ in eccleſiar.
e text. in c. priſcis. ibi Anto. & Imol. diſtinctio. 55. extat in hanc rem pulchrum in primis conſilium apud Ludou. Roman. 404. et 418. et 459. facit c. cum ceſſante. ext. de appellat. et c. poſt translatio. de renunc.
f Hanc. ſentẽt. plurib. defend. Paul. de Caſtr. conſ. 281. quod incipit, in Chriſti nomine, &c. Primum dubium procedit, &c. & conſil. 216. Præſuppoſ. ſine præiudicio. et conſil. 116. Viſo et examinato.
g l. ult. C. ſi contr. ius uel utilit. publ.
h argum. per c. uenerabilẽ. ext. qui filij ſint legit.
i Bald. in l. 2. uerſic. No. quod plenitudo. C. de ſeruitut. et aqua. DD. in d. c. quæ in eccleſ.
k in l. totiens. ff. de pollic. et priorẽ hanc ſentent. tuentur Paul. de Caſtr. in l. Gall. §. et quid ſi tantũ. ff. de lib. et poſthum. Bald. in l. cũ filius. ff. de teſt. milit. Ant. in c. per uenerab. præcip. uerò Sal. in d. c. quæ in eccl.

generis conſociationem, ciuilemq́ue coniunctionem retinen-
dã, quæ precipuè conſeruat æquabilitatem iuris, uoluntate egre
gia intelligat, quatenus probabili ex cauſſa alteri detrahere uel
poſsit, uel uelit, quod uel ſibi aſſumat, uel in aliũ transferat.
Quæſtionis eſſe, non ignoramus, cũ antè dixerimus contra
certorũ hominũ opinionẽ Principẽ ſine cauſſa rationabili nõ
debere nec poſſe ſuũ ius alteri detrahere:[a] ſed tamẽ illi permit
14 ti, ut etiã ſine cauſſa modicã læſionem inferat;[b] an Princeps quẽ
piã cogere poſsit, ut in arbitriũ cõpromittat. Nam dubitatio-
nem adfert illud, quod ſuſcepto arbitrio, in poteſtate arbitri
poſitum ſit, ſua ſentẽtia alteri ſuum ius adimere.[c] Nos pro mo
re noſtro ſimpliciter exiſtimamus, ſi cauſſa, quæ in controuer
ſiam trahitur, plena ſit uariæ diſputationis, etiam ita magnis u-
trinque diſceptationibus iactetur, ut æquabilis eius definitio,
ad tranquillitatem, quæ ciuium cõcordia præcipuè retinetur,
pertinere uideatur, poſſe & debere Principem litigatores co-
gere, ut in arbitrum compromittant.[d] neq; nos mouet, quod
15 pleriq; putant eo modo ſuum ius litigatori adimi ſententia ar-
bitri: quoniam ſi arbiter ſententiam iniquam dicat, poterit ab
ea prouocari, & ius priſtinum retineri.[e]
Permittitur tamen Principi nõnunquam, ut etiam ſine cau-
16 ſa, pro uoluntatis ſuæ arbitrio alteri ſuum ius adimat: ueluti
cum lex det modum acquirendi dominium, illum autem Prin
ceps ſine cauſſa tollat antè, quàm quis dominium acquiſiuerit,
puta ſi ab inteſtato uenientib. adeundi ius tollat, quod iuris ci-
uilis eſt,[f] neq; in bonis noſtris eſſe dicitur:[g] & per cõſequens
Princeps ſpurium ſimpliciter legitimum faciendo, tale ius tol
lere poteſt, propterea quod nec dominium quæſitum ſit, & in
17 ijs quæ à iure ciuili inducta ſunt, ſufficiat ſola uoluntas.[h] Ali-
ter, atque ſi dominium legis auxilio iam acquiſitum ſit. nam
eo caſu dominium ſine cauſſa alteri adimi non poteſt, non ea
ratione, quod modus dominij acquirendi non ſit à iure ciuili
18 inductus, ſed quod ipſum dominium iam acquiſitum ſit natu-
rali ac gentium iure, quod tollere Princeps non poteſt.[i]
Singulare tamen hoc eſt, & Principis proprium, ut rem,
19 quam ſibi cum alio cõmunem habet, uniuerſam pro ſua uolũ-
tate uendere poſsit, ſoluto tamẽ precio eius rei ſocio.[k] Item ut
20 rem alienam donatam, quam ſuam ipſius propriã credidit, cõ
firmet quadriennij præſcriptione in ueri domini præiudiciũ,

a Raphael Fulgoſ. in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. public. & Salycet. in d. c. quæ in eccleſ. ſcribunt hãc ſententiã et communiorem et rationabiliorem eſſe.
b Bald. in l. 1. ff. de cõſtitutio. optime Salycet. in d. c. quæ in eccleſiar. nu. 47. de conſtitutio.
c l. diem proferre. § ſtari autẽ. ff. de arbitr.
d Dominic. et Salycet. in d. c. quæ in eccleſ. text. in c. cum inter. ext. de elect. & pulchr. in c. placuit. 90. diſtinctio. quẽ Abbas magni facit in c. humiles. ex. de maior. et obedient. et in c. nouit. de iudic. cum ſimilib. ll. quæ recenſentur in c. 2. de mutu. petitio. l. 1. §. poſt operis. ff. de operis noui nunt. ibi pulchrè Alex.
e Bart. in l. ult. C. de iud. et in l. 1. §. interdũ. ff. à quib. appell. nõ liceat. Bald. in l. diem proferri. §. ſtari. ff. de arbitr. Petr. de Ancher. in c. ab arbitris. ff. de offic. delegat. lib. 6. copioſe Salycet. in d. c. quæ in eccleſiar.
f l. obuenire. ff. de uerbor. ſignificat.

g l. precia rerum. ff. ad leg. Falcid. quam Bald. refert in Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ. h Communis omnium hæc ſententia eſt in d. c. quæ in eccleſiarum. i l. ex hoc iure. ibi Bartol. ff. de iuſtic. & iur. Bald. in l. 2. C. de iur. & fact. ignorant. Felinus, qui multa in hanc ſententiam recitat, in d. c. quæ in eccleſiarum. nu. 49. k l. 2. C. de communium rer. alienat. Abb. in c. penult. de re iudicat. Bart. in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. public.

ut pulchrè tradit Bartol. in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. public. per text. in l. bene à Zenon. C. de quadrien. præſcriptione.

QVATENVS PRINCEPS CONTRA IVS POſitiuum aut ciuile quippiam ſtatuere poſsit. Cap. XXI.

1 *Princeps contra ius poſitiuum ſtatuere & reſcribere poteſt.*
2 *Principis Maieſtas amplior auguſtiorq; eſt iure poſitiuo.*
3 *Princeps poteſtatem habet de iure poſitiuo diſponendi.*
4 *Principis uoluntas cum pro ratione habeatur, non erit de eius poteſtate diſputandum.*
5 *Principi in magna poteſtatis amplitudine perpetuò ſpectandum eſſe, quid naturæ lex, quid ciuilis uitæ ſocietas, quæ iuris æquabilis conſeruatione retinetur, requirat atq; poſtulet.*
6 *Principẽ non oportere alieni appetentem eſſe, ſed eam tenere innocentiæ atq; continentiæ legem, quam alijs ipſe præſcribit.*
7 *Cauſſa rationabilis faciendi omnia quæ fiunt, in Principe præſumitur.*
8 *Princeps poteſt proceſſus ſolennitatem omittere.*
9 *Princeps poteſt iudicium confirmare, non obſtante ineptitudine libelli.*
10 *Princeps poteſt ſententiam libello non, conformem dicere.*
11 *Princeps poteſt ſine litis conteſtatione in cauſſa concludere.*
12 *Princeps poteſt ultrà, quàm petitum ſit, pronunciare.*
13 *Idem poteſt ſententia ſua cauſſam contra temporis præſcriptionem definire.*
14 *Princeps poteſt cauſſam ad ſe nondum deuolutam, auocare.*
15 *Princeps poteſt iuriſdictionalia pro ſuo arbitrio amouere.*
16 *Idem poteſt donationem ſuper 500. aureos facere ſine inſinuatione.*
17 *Princeps poteſt uno uerbo Doctorem creare.*
18 *Idem poteſt bonorum ceſſionem dare.*
19 *Et facultatem concedere noui collegij ædificandi, ut item muri ciuitatis reficiãtur.*
20 *Princeps poteſt tutores ante finitam tutelam abſoluere à tutelæ officio.*
21 *Medicos datos approbare.*
22 *Milites in locum mortuorum ſuffectos approbare.*
23 *Quæ iure ipſo ualde infirma ſunt, approbari Principis poteſtate poterunt.*
24 *Quod ipſo iure nihil eſt, poteſtate Principis reuiuiſcit.*
25 *Princeps inſufflat ſpiritum uitæ inſtantiæ.*

MAGNO iudicio & conſenſione Iuriſperitorũ comprobatum hodie eſt, Principem ſtatuere & reſcribere poſſe, cõtra ius ciuile ſiue poſitiuum, [a] propterea quòd eius auguſta ſiue 1
maieſtas, maior atque amplior ſit ipſo iure 2
poſitiuo: [b] ſatiſq; conſtat, Imperatorem, & 3
quicunq; ſupremã poteſtatem, retinet, habere liberam poteſtatem in iure poſitiuo diſponendi & immutandi: [c] ac proinde 4
cum illorum uoluntas ſit rationis loco, non magnopere in cõtrouerſiam aut diſputationem trahendum erit, quicquid in iure poſitiuo uel Imperator uel Princeps conſtituerit. [d] Nos tamen cum in toto hoc libro, has commentationes indoctas quidem

a DD. omnes. in d. c. quæ in eccleſiarum. de cõſtitutionib.
b c. propoſuit. extr. de conceſſion. præbend. et DD. in c. 1. et c. quæ in eccleſ. de conſtitution.
c d. c. propoſ. de conceſſ. præbend. Franciſc. Curt. ualde pulchrè conſil. 157. part. 2. Canoniſtæ om. in d. c. 1. et l. quæ in eccl. et DD. in l. ult. C. ſi contr. ius uel utilitat. pub.
d l. diſputari. C. de crimine ſacrileg. Paul. de Caſtro. in l. impet. C. ſentent. reſc. non poſſ. Bald. in § ſi quis aut. in uerb. non admittimus. alias in uerb. imper. clement. col. ult. tit. de pac. conſtant. DD. in l. ult. C. ſi cont. ius uel utilitat. pub.

dē illas,& ab omni orationis elegantia ieiunas,ad optimi Prin-
cipis actiones cōformandas libenter conuertere uoluerimus,
huius unumquenq; Principem hic cū omni reuerentia com-
monemus,ſemper ut ſpectet,atque intueatur, non quod pote
ſtas permittit, ſed quod honeſtas publica, quod Reipublicæ
ſalus,quod ciuium incolumitas,quod naturæ denique lex ciui
5 liſq; uitæ coniunctio,quæ iuris æquabilis conſeruatione reti-
netur,poſtulat atque requirit: quando Principem,& quicun-
que is ſit, qui uel ius populo dicit, uel clauum Reipublicæ te-
net,innocentis boni atq; etiam continentis uiri, quem nec alie
6 ni appetitio, nec detractio commoueat,perſonā agere, etiam
eam uitę actionumq; omnium legem tenere oportet, quam a-
lijs præſcribit:[a] idq; uel ideo maximè,quòd in dubio ſemper
7 in principe uiro pręſumatur, RATIONABILIS CAVSSA
faciendi omnia ea quæ ab ipſo fiunt:[b] adeò, ut contra hanc
rationabilis in Principe cauſſæ pręſumptionem non admitta-
tur in contrarium probatio:[c] niſi in paucis aliquot caſibus,
qui partim à nobis ſunt dicti,et amplius ſcribuntur à Salyceto
in d.c.quæ in eccleſiarum.extr.de conſtitutionib.

Ex hac quoque poteſtatis ui, quam ſibi Princeps in ijs quæ
8 iuris poſitiui ſunt,aſſumit,poteſt Princeps proceſſus ſolenni-
9 tatem à iure poſitiuo introductam,omittere:[d] iudiciū inchoa-
10 tum, quod alioquin propter uitium inepti libelli nullum eſt,
11 conformare:[e] ſententiam, quæ libelli concluſioni conformis
12 non ſit, dicere:[f] ſine litis conteſtatione in cauſſa concludere:[g]
13 etiā amplius quiddam,quàm petitum ſit, pronunciare:[h] cauſ-
ſam ſententia ſuā aduerſus temporis præſcriptionem defini-
14 re:[i] & eam cauſſam, quæ ad ipſius cognitionem nondum eſt
15 deuoluta,auocare:[k] iuriſdictionalia pro ſuo arbitrio aut pote
16 ſtatis plenitudine amouere:[l] quingentos aureos ſine omni in
17 ſinuationis ſolennitate,cui uelit, donare:[m] ſine maiore cogni-
18 tione & doctrinæ examine Doctorē uno uerbo creare:[n] facul
tatem cedendi bonis dare:[o] permittere atque concedere, ut
19 uel nouum collegium ædificetur,[p] uel ciuitatis muri refi-
20 ciantur:[q] tutores ante finitam tutelam, ab officio abſolue-
21 re:[r] medicos datos approbare:[s] milites in locum eorum qui
22 mortui ſunt, ſuffectos atque ſubrogatos confirmare,[t] & ciuſ-

a l.cæteræ.ff. famil. hereiſc. Salycet. in ç. 1. de conſtitut. nu. 5. per l. 1. ff. de ſolutio. quam et Bald. allegat. in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine. b Cyn. in d. l. ult. C. ſi cōtr. ius uel utilitat. pub. et in l. reſcripta. 2. et 4. quæſtio. C. de precib. imperat. offerend. gloſſ ult. et Barto. quoq; in l. re legati. ff. de pœnis. Abbas in c. quanto. extr. de iureiurand. et c. cauſſis. de re iudicat. & c. cum ueniſſent. de iudicijs, &c. c Cyn. in d. l. ult. quem ſequūtur Canoniſtæ in d. c. quæ in eccleſiarū. & Domin. in c. 1. d pulchr. Mat. de Affliſt. in c. unic. §. inuer. pu nit. notat. 4. tit. de pac. iuramēt. firmand. nu 12. fol. 116. et in tit. quæ ſint regalia. per Frider. imp. §. regalia. nu. 70. part. 3. e Bald. in l. Aemil. Largian. ff. de minorib. f Matth. de Affliſt. in c. unic. de contro. in nu. 36. fol. 83. g Io. And. poſt. Innoc. in c. cūſt. de religio. domi. h Io. And. in c. cū inter. de conſuet. et c. cum ſuper. de exceſſ. prælat. i l. 1. §. 1. ff. ſi ingenu. eſſe dicatur. k c. paſtoral. §. ult. de offic. deleg. l Mat. de Affliſt. in c. unic. §. poteſt. tit. quæ ſint regal. Bald. in l. reſcripta. C. de prec. imperator. offerend. m l. ſancimus. cum Auth. ibi, poſ. C. de dona. Io. Andr. in additio. Speculat. tit. de inſtrum. edit. §. porro. n Angel. in l. 1. C. de ſent. paſſis. o l. ult. C. qui bonis ceder. poſſint. p l. 1. ff. de colleg. illicit. facit text. in c. ult. de religioſ. domi. Vid. c. 1. §. conſuetu. de pac. iuram. firmand. q l. ſacram. §. muros. ff. de rer. diuiſio. r l. idē Vlp. §. ſunt & alij. ff. de excuſ. tutor. s Mat. de Affliſt. in. §. regalia. tit. quæ ſint regalia. nu. 48. t l. neminem. C. de re militari. lib. 12.

modi pleraq; multa, quę alioquin ipſo iure ualde infirma ſunt, 23
etiã re integra confirmare.[a] Hinc enim uulgo dici ſolet, quod 24
ipſo iure nullum eſt, poteſtate Principis reuiuiſcit.[b] Item, Prin 25
ceps inſufflat ſpiritum uitę inſtantiæ.[c]

a c. quis Ioan. 12. quæſt. ult.
b l. adopt. ff. de adoptio. l. 1. et l. 3. ff. de de reb. co rũ. et d. l. Aemil. Largian. ff. de minor. et c. hoc quipp. 3. quæſt. 5. c. ad petition. ext. de accuſat. et c. in primis. 2. quæſt. 1.
c gl. quã Bald. notat in l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſtitut.

PRINCEPS QVATENVS IMMVNITATEM A' muneribus publicis & tributis dare, aut uectigalia, collectas, & eiuſmodi imponere poſsit ac debeat. Cap. XXII.

1 *Qualem animum patronus erga libertum gerit, talem optimus Princeps in ſuos ſubditos gerere debet.*
2 *Principem non debere ſubditorum paupertate ſuas luxurias profundere.*
3 *Ad Principis curam pertinet prouidere, ne ciuium fortunæ atq; facultates immoderatis collectis exhauriantur.*
4 *In Principis poteſtate poſitum eſt, munera imponere.*
5 *Princeps duabus ex cauſsis præcipuè poteſt munera inſerre, ſi hoc uidelicet Reipublicæ ſalus deſideret: & ſi ipſe faciundis ſumptibus, quos rei, quæ ſuſcipitur, magnitudo poſtulat, non ſit ſuffecturus.*
6 *Ex quibus argumentis colligatur, Principem neceſſe non habere, ut exactione munerum ciues diuexet.*
7 *Pleroſq; excuſari à ſuperindicto.*
8 *Nullam hodie differentiam eſſe inter collectam & indictionem.*
9 *Collectas olim tempore Frederici Imperatoris primùm inuectas eſſe: & hodie imponi non poſſe, niſi uoluntate atq; conſenſu ſubditorum.*
10 *Princeps non debet immoderatè ciues urgere, ut extraneum ſiue hoſpitem ſiue militem hoſpitio ſuo, ædiumq; communione excipiant.*
11 *Regalia quæ dicantur, & quid illorum appellatione accipiatur.*
12 *Qui ſibi regalia ſumere queant.*
13 *Cuius rei cauſſa regalia concedi & ſolui ſoleant.*
14 *Quæ propria eorum ſint officia, qui ſibi uectigalium iura uſurpant.*
15 *Paulum apoſtolum iubere, ut populus ſuis poteſtatibus tributum dare uelit.*
16 *Regalia nec temerè appetenda, nec concedenda eſſe.*
17 *Maieſtatem lædit, qui temerè ſibi uſurpat uectigalia.*
18 *Regalia concedi non debere, niſi cum clauſula, motu proprio, &, ex certa ſcientia.*
19 *Quid interſit inter ea regalia, quæ uel imperatores & alij maioris poteſtatis concedũt, & ea quæ ciuitates imponunt.*
20 *Qui ſuperiorem poteſtatem agnoſcit, ius uectigalium non habet.*
21 *Vectigalia à quibuſdam acquiri poſſe, uel priuilegio, uel præſcriptione, uel conſuetudine uetuſtiſſima.*
22 *Quod Principis priuilegio atq; conceſſione, idem uetuſtiſſima conſuetudine acquiri poteſt.*
23 *In omnibus uectigalibus atq; pedagijs præcipuè obſeruari ſolet conſuetudo uetuſtiſſima, ſiue longiſſimum tempus.*
24 *Paria ſunt priuilegium & conſuetudo.*
25 *Conſuetudo uetus uim iuris atq; tituli habet.*
26 *Euſdem poteſtatis eſt, quippiã in uim priuilegij, aut uetuſtiſſimæ conſuetudinis, aut longiſſimi temporis obtinere.*
27 *Probare aliquid per æquipollens ſufficit.*
28 *Quotiens uel lex, uel conſtitutio præſcriptionem tollit, nunquam tamẽ eam adimit,*

cuius

cuius initium in contrarium non eſt in hominum memoria.
29 *Vectigalia ob cauſſam Reipublicæ inſtituenda eſſe.*
30 *Qui temerè uectigalia infert, peccato mortali ſe implicat.*
31 *Qui rerum commercia impedit, ius gentium labefactat.*
32 *Mos uetus in exigendis uectigalibus retineri debet.*
33 *Leges ſeueriſſimè in eos animaduertunt, qui ſubinde noua uectigalia imponunt.*

QVALEM animum patronus erga ſuum liber-
tum gerit, talem optimus quiſq; Princeps er
1 ga ſuos ſubditos gerere ac pręſtare debet:[a] ut
cū longè abeſſe uelit ab omni alieni appetitio
ne & detractione, tū ſanè nihil auarè, nihil cu
pidè, nihil libidinoſe agere, aut ſubditorū pau
2 pertate atq; inopia ſuas luxurias profudere.[b] Nam ut unū om
nibus ſtudiū eſſe debet, tueri ac cōſeruare humanę uitę atq; cō
iunctionis cōſociationem, ſeruire utilitati cōmuni, omnia uitę
ſtudia, opes atq; facultates in commune ferre: ita tamen maxi-
mè decet Principem prouidere, ne ciuium opes immoderatis
3 ſiue collectis, ſiue tributis, ſiue muneribus exhauriantur.[c] Ac
proinde, quamuis in ipſius Principis poteſtate poſitum ſit, ſu
4 perindictum, ſiue munera extraordinaria, ſiue collectas infer
re:[d] uectigalia noua, pædagia, tributa, & eiuſmodi extraordi-
naria inducere, quæ fiſco applicanda erunt:[e] perpetuò tamen
hanc moderationem adhibebit, ne eiuſmodi munera impone
re uelit, niſi Reipublicæ cauſſa. Nam ita demum Principi opti
ma ratione permittitur, prędicta munera imponere, primùm
ſi hoc laborantis Reipublicæ ſalus atque incolumitas poſtu-
let: deinde ſi Princeps ĳs ſumptibus, quos grauiſsimæ rerum
temporumq; conuerſiones, uel ad retinendam libertatem trā-
quillitatemq; publicam, uel depellendam excurrentem & pro
pè inſultantem hoſtium uim requirunt, non ſit ſuffecturus.[f]
Eſt autē mediocris ingenĳ atq; iudicĳ, uidere, quatenus Rei-
publicæ neceſsitas hæc munera requirat: quæ certè nemo, qui
eius ſalutem ſaluā eſſe uelit, (debemus autem omnes) nec de-
bet nec poteſt detrectare quantūuis uaſallus.[g] Et cōmunis na
turæ ſenſus facile arguit, eum Principem alieno præſidio care
re, etiam ab eiuſmodi exactionibus ſibi temperare poſſe, qui
non ſolum intemperantia, ſed etiam conſuetudine & naturæ
inductione, in peruerſa ac profuſa largitione atq; luxuria uer-
ſatur: qui in officĳs pudoris, continentię, frugalitatis, parſimo
nię, nihil uel hominis uel ſenſus habet: in ueſtium uerò affluē
6 tia, ſumptuum magnitudine, præcipuè uerò uoluptatibus om
nes Epicureos ſenſus ſingulari acrimonia uincit.[h] Adhiben-
da igi-

a Cōmunis hæc eſt omnium eorum qui feudalia iura tradidt, ſententia, referēte Matth. de Afflict. in tit. quæ ſint regalia. §. et extraordinaria. num. 5. fol. 181. part. 5.
b And. et Mat. de Afflict. pulchrè in d. §. & extraordinar.
c Extant ualde pia præcepta Matth. de Afflict. in hanc rationē, in loc. prænotat. et l. 3. §. 1, uerſic. præſes prouinciæ. ff. de munerib. et honorib.
d text. in d. §. et extraordinaria. et l. 1. C. de ſuperin. lib. 10.
e l. 3. C. de nou. uectigal. c. innouamus. extr. de cenſib. c. ſuper quibuſdā. de uerbor. ſignificat. l. 3. C. de annon. et tribut. l. placet. C. de excuſ. em. l. ult. §. patrimoniorū. ff. de munerib. et honor. l. form. § ſi uero is qui agrū. ff. de cenſi. et tot. t. ff. de mun. et hon.
f text. ibi quoque Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. et alĳ in d. §. et extraordinaria. et l. 3. ff. de munerib. et honorib. Auguſtin. lib. 2. de ciuitat. Dei.
g And. de Iſer. et Matth. de Afflict. in tit. quæ ſint. regal. et §. ibi, et extraord. et d. l. 1. C. ut nemini liceat.
h idem Andr. de Iſer. et benè fecit. Matth. de Afflict. in d. §. extraordinar.

da igitur ratio, ut iuſta ſit ac probabilis cauſſa eiuſmodi mune
ra imponendi. alioquin enim non tam extraordinaria collatio
ſiue ſubſidium, quod perpetuò cum ſalute Reipublicæ, cum
publico bono, cum Principis uel honore, uel urgente neceſsi-
tate coniunctum eſt,[a] quàm ſuperindictū dicetur, à quo pleri-
que multi maiore aliqua de cauſſa excuſari ſolent, ut paſsim ui 7
dere licet.[b] Andreas tamen de Iſernia[c] ſcribit, hodie nullam
eſſe differentiam inter collectam & indictionem: & quemad- 8
modum tempore Frederici Imperatoris primùm collectę ſunt
inuectę, ita moribus noſtris receptum eſt, collectas & alia eiuſ 9
modi munera non poſſe à Regibus atq; Principibus imponi,
niſi iuſta & urgente de cauſſa, & ſubditorum conſenſu atq; uo
luntate, aut conſuetudine uetuſta.[d] Quæ autem in collectis,
eadem ratio tenēda erit in communione hoſpitiorū, ne uideli
cet immoderatè urgere ciues uelit, ut uel militem, uel extrane-
um hoſpitem ſuis ædibus excipiant.[e] 10

Porro quod attinet ad uectigalium rationem, quorum cre
berrimus hodie in ciuilibus rebus uſus eſt, & magis neceſſa-
ria quædam cognitio, in hac infinita certorum hominum am-
bitione, ſatis conſtat REGALIA dici, quæ hodie ad Reges, ad
Imperatores, Principes, & eos qui iura retinent Imperij, perti- 11
nent, quorum nomine et collectæ, pædagia, telonia, & eiuſmo
di comprehenduntur:[f] quæ ex rebus quæ de una in aliam ci-
uitatem euehuntur, dantur uel Regi, uel Principi, uel fiſco, uel
ciuitati, quæ uel Principis iura retinet, nec; agnoſcit poteſta-
tem ſuperiorem: uel ius regale Imperatoris beneficio, aut prę
ſcriptione, aut uetuſtiſsima conſuetudine, quæ conſtitutionis
uim habere queat, acquiſiuerit.[g] 12

Hæc autem uectigalia ideo à ſubditis dari, ut qui ea ſibi
ſumunt, eorum ipſi cura, diligentia atque propugnatione ſu-
um ius ſine iuſta cuiuſquam offenſione retinere, & conſtituta
Reipublicæ tranquillitate boni inter malos quietè, & ſine lo-
corū uel inſidijs, uel communium temporum perturbationi
bus, homines communem uitæ ſocietatem, rerumque com-
mercia exercere poſsint, ut pulchrè deſcribit Matth. de Affli-
ctis,[h] aſſerens de ſententia Andreæ de Iſernia,[i] proprium eo- 13
rum qui gubernacula rerum atq; Imperij tractant eſſe, ut prę
dicta officia faciant:[k] quando & Apoſtol. Paulus ſcribit,[l] ean 14
dem ferè ob cauſſam debere ſubditos parere poteſtatibus, &
retinen-

a l.2. C de quibus munerib. nemini lic. ſe excuſar. lib. 11. l. neminem. C. de ſacroſanct. eccleſia. l. nullus. C. de curſu public.

b in l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. maximorū. C. de excuſ. muner. l.1. C. de priuileg. do. Auguſt. l.1. de collatio. feudor. pat. l. iubemus. C. de prox. ſacr. ſcr. l. percepit. C. de canone largion. Luc. de Pen. in rubric. C. de ſuperindict.

c in d. §. et extraordinaria.

d idem Andr. de Iſern. in præallegato loco.

e Andr. de Iſer. in iam allegato §. Bald. in l. obſeruare. in princip. ff. de offic. proconſul.

f Bald. Andr. de Iſern. Iacob. Aluaro. Matth. de Afflict. in tit. de feud. quæ ſint regalia.

g in l. uectigal. l. ſi publican. §. ult. ff. de public. c. ſuper quibuſdam. §. præter. ext. de uerbor. ſignificat. et in c. innouamus. ext. de cenſib. & in tot. tit. quæ ſint regal. per Frederic. Imperat. §. uectigal. ibi quoque D D.

h in d. tit. quæ ſint regalia.

i in conſtitutio. regni ſuper incifionibus

k 23. quæſt. 5. c. non fruſtra, & quæ de officijs extant in lib. 1. pandect. et C. eod. tit. & 23. quæſt. 4. c. ſi eccleſia. Petr. Philipp. Corneus conſil. 181. quod incipit, Viſa copia conſilij. uol. 1.

l Ad Rom. 13. cap.

15 retinendæ conſeruandæq; ſalutis ſuæ, tributa conferre.[a]
Ac proinde ne quis temerè ſibi ea quæ regalia dicuntur, ſumat, atq; uſurpet, receptum primùm eſt, ne Princeps, Rex, aut Imperator, regalia alteri, niſi ex urgẽtiſsima cauſſa, & propter maiorem aliquam Reipublicæ utilitatem concedere, ne'ue etiam quis ſibi regalia facile affectare uelit: [b] quando etiã regalia
16 ſine maiore cauſſa conceſſa, facilè poterunt reuocari: [c] & à Cicerone dictum ſit, [d] eum qui ſibi temerè ius regalium ſumit, minuere maieſtatem. & idem hoc amplius explicat Matth. de
17 Afflictis.[e]
Deinde ad compeſcendam eiuſmodi ſiue licentiam, ſiue audaciam uſurpandi regalia, hoc eſt uectigalia, & eiuſmodi ex rerum commercijs exigendi, ſobriè ac prudenter, maiorum inſtitutionibus quoque prouiſum eſt, ut magno aliquo iudicio, cõceſſo, ſine inueſtitura regalium obſeruetur. Nam niſi eiuſmodi regaliũ ſiue conceſsio, ſiue inueſtitura, expreſſe habeat clau
18 ſulam, MOTV PROPRIO, VEL EX CERTA SCIENTIA, ſiue ea cõceſsio Imperatoris ſit, uel Regis, uel alterius qui regalia concedere poſsit, nullius planè momenti erit ea conceſſio, aut infeudatio: ut ualde ſingulariter & notabiliter commonet Iacob. de S. Georg. in tractatu ſuo feudali. in gloſs. ſuper uerbum infeudum. car. 10. col. 1. ubi inquit: Vnũ notetis, quod quando Princeps infeudat regalia, nihil ualet infeudatio, niſi in ea appoſita ſit clauſula motus proprij ex certa ſcientia, allegans in eam rationem l. 1. C. de petitio. bonor. ſubl. lib. 10. & Alberic. de Roſa. in l. quotiens. C. de precib. imperat. offerend. & ſequitur D. Henning. Goden. in ſuo conſil. de regalib.
Poſtremò, faciendam differentiam eſſe inter ea regalia, quæ propria ſunt Regum, Imperatorũ, uel etiam Principum uirorum, ex ſingulari beneficio & gratia conceſſorum: [f] inter quæ
19 continentur portus, uectigalia, & eiuſmodi alia. Et ea uectigalia, quę ciues ex ſtatutis ciuium ſoluũt ciuitati. Nam ſicut priora propriè & uerè regalia ſunt, ita hæc poſteriora potius ſunt atq; habentur pacta quædã ciuium, quibus conuenit, ut certa quædam tanquam uectigalia, ſiue collectæ dentur ex rerum commercijs, quæ à ciuibus inferuntur, quo magis hac tanquã contributione retineri, ac fulciri queant omnia ciuitatis præſidia. [g] Qui enim ſuperiorem poteſtatem agnoſcunt, non poſſunt uectigalia imponere, ut ligent forenſes, ſed ſuos tantum
20 ciues.[h]
Quamuis autem ſoli Principi, ut iam diximus, atq; ijs ciuita

O tibus

a Hoſtienſ. amplius in ſua ſumma. de cenſib. in §. ex qb. in uerb. breuiter puto. Archidiac. in c. 1. ſi quis peregrinos. 33. quæſt. 6. in ult. notab. & Philipp. Decius conſil. 275. par. 7. et Hẽning. Goden. conſil. 1. de aur. et argẽtifodinis.

b Matth. de Afflict. in d. t. quæ ſint regal. alleg. illud Prouer. c. 5. Ne des alienis honorem tuum. & l. cõperimus. C. de proxim. ſacror. ſcr. lib. 12.

c 35. quæſt. 9. c. quod quis uſq;.

d lib. 2. Rhetor.

e in tit. de controuerſ. inueſtitur. c. ſi aut controuerſia. nu. 14 fol. 22.

f Bald. in rubric. t. quæ ſint regalia. et idem in tit. Epiſcopũ uel Abbatem. ad finem.

g in l. nec ex prætor. ibi per Accurſiũ. ff. de reg. iur. et Alex. de Imol. in additio. ad Bald. in t. Epiſcop. uel Abbatẽ. ad fin. princip. Et Iacobin. in ſuo tractatu feud. gl. in uerb. cum argẽtifodinis. et hos omnes ſecutus Hening. Goden. in ſuo cõſil. de reg. no. 9.

h l. 1. ff. quod cuiuſq; uniuerſit. nomine. Bart. in l. uectigal. ff. de public. et Mat. de Afflict. in §. uectigal. tit. quæ ſint. regal.

tibus quæ Principis iura retinent, neque ſuperiorem agno-
ſcunt, uectigalia atq; pædagia noua reſeruata ſint:[a] receptum
tamen eſt, etiam eos qui inferiores ſunt Principe, puta quaſdã
ciuitates atque communitates, poſſe ſibi uectigalia atque pæ-
dagia acquirere, uel priuilegio, uel conſuetudine antiqua, uel
præſcriptione.[b] 21

Idq; hac ratione præcipuè, quòd illud quod acquiri poſsit
priuilegio, uel Principis, Imperatoris, aut Regis conceſsione,
idem quoque induci poteſt conſuetudine.[c] 22

In omnibus ſiquidem uectigalibus atque pædagijs præci-
puè attenditur, atq; obſeruatur, conſuetudo uetuſtiſsima, ſiue
longiſsimum tempus.[d] 23

Et ea eſt conſuetudinis ueteris, ſiue longiſsimi temporis uis
atque poteſtas, quòd non ſolum paria ſint priuilegium & con
ſuetudo,[e] uerùm etiam conſuetudo uim iuris retineat:[f] aut u- 24
ti alij aſſerũt, uim complectatur tituli.[g] Ac proinde receptum 25
eſt, eiuſdem poteſtatis eſſe, aliquid obtinere in uim priuilegij,
aut eius ueluti conſuetudinis antiquæ, aut longiſsimi tempo-
ris, quod cum priuilegio uel titulo comparari poteſt, atque æ- 26
quipollet: propterea quòd probare ſufficit per id quod æqui-
pollens eſt,[h] ne hoc etiã addatur, quod tamẽ permagnũ eſt, cũ 27
lex, uel conſtitutio tollat præſcriptionem, nunquã tamen tol
lere uidetur eam præſcriptionẽ, in cuius contrariũ nõ extat ho
minum memoria, eo quòd iſta præſcriptio ſit priuilegiata.[i] 28

Porrò cum in his corruptiſsimis hominũ moribus & infini
ta honorum rerumq; ambitione, nimium regnet illa immode
rata uectigalia imponendi poteſtas atque licentia, ualde cauẽ
dum Principi, & quicunque Imperij iura retinet, primùm ne
temerè, aut nulla Reipub. uice atq; cauſſa commotus, noua ue
ctigalia inſtituere uelit,[k] nã qui ea ambitioſe infert, magno ſe 29
turpi

a in c. 1. tit. quæ ſint regalia, in uſib. feudor. ibi ampliſs. Dd. tex. in l. uectig. ff. de pub. l. itẽ. 1. et 2. C. non. uect. imp. Matth. de Afflict. in tit. de cõtrouerſ. inueſtit. c. ſi autem controuerſia. num. 84. fol. 22. Bart. Salyc. in l. 1. C. quæ res uend. nõ poſs. et quæ notantur in l. unic. C. de ſuperin. ui duit. lib. 10. l. 1. §. quod nem. nu. 3. ff. quod quiſq; uniuerſitat. nomine. et per Panorm. in c. innouamus. extr. de cenſib. et in c. 2. ext. de immunit. eccleſ. et D. Henning. Godẽ. cõſ. 8. t. de uectigal. Ludouic. Rom. conſil. 271. cuius initium eſt, Viſa tota, in princip. Bald. conſil. 110. quod incipit, Antiqua quaſt. col. 1. uol. 1. Alb. cõſ. 107. quod exordiũ habet, Placuit mihi. lib. 1. Henning. God. conſ. 11. Frãciſc. Curt. conſ. 90. num. 7. Philipp. Dec. cõſil. 649. nu. 4. & conſil. 534. Et quæ competit. C. de de Imol. in l. ſi noua uectigal. &c. c text. ius initium eſt, enda ſufficiet conſil. in hanc & quæ in hanc xand. cõſil. 125. mitiẽdum conſ. de translation. tio. Speculator i And. de Iſer. 156. num. 104. et da. res priu. lib. 11

b c. ſuper quibuſd. l. §. præterea. ext. de uerb. ſignif. Oldrad. conſ. 173. quod incipit, Omnis ferè. Et quæ fortè notantur per Angel. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcr. facit c. quod translat. de offic. legat. l. præſcript. 30. annor. gloſs. in c. cum non liceat. de præſcriptio. & tangitur per prædict. Angel. & Ioan. publicanus. §. in uectigal. ff. de publican. Bald. in l. cum proponas. C. de natur. feu. Cyn. in l. 1. ad fin. C. impo. Butr. in c. cum contingat. extr. de for. competẽt. Iaſon in l. imperium. de iuriſdiction. om. iudicum. in c. duo ſunt. extr. de offic. iudic. ordin. et in c. cum contingat. de foro competent. Alexand. conſil. 110. cuViſo titulo quæſtionis. col. 1. uol. 1. ibi concludens, quod ad eiuſmodi ſiue uectigalia, ſiue pædagia conſtituuel priuilegium, uel conſuetudo tantum. allegans Cynum in l. 2. l. noua uectigal. extat pulchr. imprimis rem, apud Philipp. Decium. 534. d d. l. ſi publicanus. § ult. ff. de publicanis. l. licitatio. §. earum. eo. tit. rationem amplius ſcribit Signoro. conſ. 108. quod incipit. In quæſtione. col. 2. in quanto dubio. & Alequod incipit, Viſo themate quæſtionis. lib ſiue uolum. 2. & Bald. conſ. 61. incipiente, Ad euidentiam præ 2. & d. conſ. 110. quod incipit, Antiqua eſt. e Innocent. in c. nouit. extr. de iudicijs. f c. quanto. ex. prælator. g c. 1. de præſcriptionib. lib. 6. & quæ in hanc ration. amplius tradit. Ioan. Andr. in addi in tit. de inſtrumentor. editio. §. nunc aliqua. uerſic. ult. h Bald. in l. edita. chart. ult. C. de edendo. &c. et hunc ſecutus Matth. de Afflict. in uerſic. tertio nota. tit. de prohibit. feud. alien. per Frederic. part. 3. fol. ydem in c. 1. §. præterea. tit. de capitul. Corrad. ibi, multa conſtit. obſtante. et probatur per l. ult. C. de fun k l. 1. C. noua uectigalia.

30 turpitudinis flagitio, & quidem mortali crimine implicat: [a] & ipſam illã humani generis conſociationem, quę communibus utilitatibus præcipuè retinetur, & quibus ſeruire omnes, qui
31 ſaluam Rempublicam eſſe uelimus, maximè debemus, [b] labefactat atq; diſſoluit: grauiſsimeq; uiolat ipſum illud ius gentium, quo libera rerum dominia atq; cõmercia conſtituuntur. [c]

32 Deinde, ne habendi ſtudio nimio elatus, receptum morem in exigẽdis uectigalibus uel immutet, uel augeat, ſed eum ſine ulla ambitione retineat: quando & Azo alicubi ſcriptum reliquit, [d] eum publicanũ, qui uectigalis auctionem prętèr ueterẽ morem exigit, in exilium perpetuum relegatum eſſe: & ſcriptę leges ſeuerißimè in eos animaduertendum eſſe præcipiũt, qui uel noua uectigalia temerè imponunt, uel impoſita atq; inue-
33 cta noua ſubinde nundinatione iuris publici, augent. [e]

LOCI ALIQVOT COMMVNES EARVM RERUM, quarum poteſtas ſoli Principi reſeruata eſt. Cap. XXIII.

1. *Princeps ſolus poteſt nouam legem interpretari.*
2. *Et quæ certa lege definita non ſunt, conſtituere.*
3. *Idem ſingulari poteſtate poteſt conſtitutionem trahere, atq; extendere ad præterita & pendentia negotia.*
4. *Princeps dignitatem, de qua controuerſia inter minores iudices uertitur, cõfirmare poteſt.*
5. *Princeps nouam dignitatem indulgere atq; concedere poteſt.*
6. *Idem augẽdæ dignitatis cauſſa conſtituere poteſt, ut quis matris ſuæ originẽ ſequatur.*
7. *Solus Princeps dignitates concedere poteſt.*
8. *Solus Princeps de ſuis priuilegijs cognoſcit.*
9. *Solus Princeps ciuitatibus iubere poteſt, ut bene meritis & fortibus militibus ſtipendia ſolariaq; dent.*
10. *Solus Princeps immunitatem à tributis & alijs publicis muneribus dare poteſt.*
11. *Solus quoq; inferendi belli poteſtatem concedit.*
12. *Idem diſciplinæ publicæ cauſſa monomachiam permittit.*
13. *Solus Princeps de ſuis conſtitutionibus ac legibus iudicat.*
14. *Solus utitur clauſula, non obſtante lege in contrarium, idq; ex certa ſcientia.*
15. *Solus merum & mixtum imperium delegat.*
16. *Solus cognitionem cauſæ de plano & ſimpliciter faciendam eſſe committit.*
17. *Solus cui uelit, ſummariam cognitionem committere poteſt.*
18. *Vnus Princeps ſpurios legitimare poteſt.*
19. *Ciuitas per ſtatutum non poteſt ſpurios legitimare.*
20. *Princeps nõ poteſt legem ferre, qua ſpurij et inceſtuoſi ad ſucceßionem hæreditatis admittantur.*
21. *Qui infamia notati ſunt, reſtitui in priſtinum honorem à Principe poſſunt.*
22. *Qui imperij iura retinent, poſſunt eum qui infamia notatus eſt, in integrum reſtituere.*
23. *Princeps reſtitutionem dare poteſt ad priores natales.*
24. *Princeps reſtituere poteſt aduerſus cauſſas criminales.*

[a] Innocẽt. in c. innouamus. ext. de cenſib. et c. ſuper. ext. de uerbor. ſignificat. And. de Iſern. in conſtitut. regni ſuper deciſion. Hoſtienſ. in ſumma. t. de cenſib. §. ex cauſis. uerſic. breuiter puto. Matth. de Afflict. in d. §. uectigal. tit. quæ ſint regal. per Fred.

[b] l. 1. ibi Salyc. C. nou. uectigal. l. ſi ſeruum. ff. de ſeruis exportã. pulch. Henning. Godein. conſ. 9. tit. de uectigal.

[c] l. ex hoc iure gentiũ. ff. de iuſtit. et iur.

[d] in ſua ſumma. C. noua uectigalia.

[e] Azo in ſua ſumma. C. noua uectigalia. ibi l. 2. ff. eo. tit. alleg. quod & Mat. de Afflict. in d. §. uectigalia. tit. quæ ſint regal. per imper. Frideric. ſequitur et amplius comprobat. Franc. Curt. conſ. 124. uol. 2. nu. 9. Pet. Philipp. Corn. conſ. 268. quod incipit: In hac conſultatione de plur. quæritur. uol. 4. nu. 10. cũ ſequentibus fol. 207. &c.

25 *Quo caſu princeps aduerſus criminalet cauſſas reſtitutionem non habeat.*
26 *Poteſt idem & natalibus reſtituere.*
27 *Auctoritatem ſuam Princeps interponere poteſt, in infantis emancipatione et arrogatione.*
28 *Princeps teſtamenti coram ſe facti ſolennitatem ſupplere poteſt.*
29 *Princeps legatum in alium uſum, quàm factum ſit, conuertere poteſt.*
30 *Quemadmodum iudex inferior ſua ſententia definitiua, ita Princeps ſua interlocutoria infamiam alicui irrogare poteſt.*
31 *Certi hominis beneficium uacaturum Princeps concedere poteſt.*
32 *Libellus, qui nullam concluſionem habet, aut nuda oratio coram Principe facta ualet.*
33 *Vnus Princeps poteſt uerbali ſua inueſtitura, dominium, ſi hoc dicat, transferre.*
34 *Princeps poteſt collatione dignitatis omnem infamiæ turpitudinem atq; maculam abſtergere.*
35 *Princeps iuſiurandum remittere poteſt.*
36 *In omni iuramento Principis excipitur auctoritas.*
37 *Idem poteſt cauſſam remota omni appellatione definiendam remittere.*
38 *Princeps generalem legem ferre poteſt.*
39 *Idem poteſt feuda in ſua quaternata conſtituere*
40 *Dominium feudi de nouo infeudare poteſt Princeps.*
41 *Item poteſt efficere, ut res feudalis fiat Burgenſatica.*
42 *Poteſt mandare ut uel ciuitatis præfecto, uel decurioni capitis pœna inferatur.*
43 *Princeps poteſt officialem, quem approbauit, officio ſuo remouere.*
44 *Poteſt tempus pecuniæ ſoluendæ fiſco, prorogare.*
45 *Princeps poteſt cognitionem de controuerſo caſtro, facere.*
46 *Poteſt idem notarium ſuum ſingulari dignitatis præeminentia amplificare.*
47 *Officiali ſuo certum ſtipendium præſcribere poteſt.*
48 *Alienationem rei factæ ſine traditione, ſibi ſumere Princeps poteſt.*
49 *Reipublicæ cauſſa ciuitatem in duas partes diuidere poteſt.*
50 *Princeps quoq; poteſt adimere omnem inſtantiam in ſua & ipſius fiſci cauſſa.*
51 *Princeps poteſt monetam excudere.*
52 *Tabelliones atq; Notarios creare.*
53 *Militiam ex uno in alium locum transferre Princeps poteſt.*
54 *Princeps facultatem dare poteſt, ut quis caſtrum in ſui Principis territorio, uel in loco publico domum ædificet.*
55 *Poteſt quoque Princeps aliquem reſtituere, ad prouocandum ab ea ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit.*
56 *Sententia dicta gratiam facere poteſt Princeps.*
57 *Libertatem dare à curiali fortuna Princeps poteſt.*
58 *Princeps poteſt domino adimere eam poteſtatem, quam is habet in ſuo ſeruo.*
59 *Ei qui in metallum damnatus eſt, ſucceſsionem ex iure ciuili debitã poteſt adimere.*

CVM paſsim extent communes quædam de Principis poteſtate præceptiones, quas nos tamen in quadam infinita rerum diſputatione, non omnes hoc anguſto libello comprehẽdere, ſed potiores tantũ, et quę informãdo Principi profuturę uidentur, annotare uoluimus; uiſum eſt breuitatis cauſſa aliquot locos cõmunes earum

præcipuè

prçcipuè rerum,quarum poteſtas uni Principi reſeruatur,hîc
ſubijcere.Eſt autem in Principis poteſtate præter ea quæ paſ-
ſim in his commẽtarijs diximus,poſitum atq; locatum,ut quo
1 tiens legis mens aut uolũtas dubia eſt, eius interpretationem
ipſe,ſi adſit,ſolus facere: aut quæ certa lege atq; conſuetudine
definita non ſunt,conſtituere poſsit: [a] cum & eam poteſtatem
2 habeat,ut quamuis legũ atq; conſtitutionum uirtus in ijs quę
futura ſunt, non aũt quæ iam olim præterierũt, plerunq; ſem
3 per uim ſuam explicet: [b] ſolus tamen poſsit edicere, noua ſiue
lex ſiue conſtitutio,etiam pręterita & pendentia negotia com
plectatur: [c] quãdo eadem poteſtatis pręcellentia atq; amplitu
dine non ſolũ eam dignitatẽ,quæ & noua eſt,& in controuer-
ſiam adducitur, diſceptatione uidelicet inferiorum iudicum,
4 interpretatione ſua communire poteſt, [d] uerùm etiam no-
5 uã indulgere,atq; cõcedere. [e] Huius enim eſt proprium exbe-
nignitate,ex maiore aliqua dignitatis publicę ratione, permit
tere atque conſtituere, ut qui alterius ciuitatis ratione patris
municeps ſiue ciuis ſit,ſequatur ſingulari Principis priuilegio
6 originem matris. [f] Nam ſolus poteſtatem habet, eos quorum
uſus aliquis in Republic.bene gerẽda eſſe poterit, magnis ho
7 norib. & dignitatib. afficere atq; ornare: [g] neq; alij q̃ uni ſibi
8 permittit cognitionẽ facere de ipſius priuilegijs. [h] Et ſicut iube
re ciuitatibus alijsq; poteſt, ut quorũ pręſidio res benè ac præ
clarè domi atq; militiæ geſtæ extant, qui præcipitantẽ & pro-
pè demerſam Rempub. magnis in malis,ſua uirtute conſerua
9 uerũt:qui publicis magis quàm ſuis cõmoditatib. ſeruire ma-
10 luerunt, eis ſtipendia atq; ſalaria ex Republica conſtituant:
ita quoq; in eiuſdem arbitrio poſitum eſt,optimo cuiq; & be-
ne de Republica merito ciui immunitatẽ à tributis,& alijs mu
11 neribus publicis dare. [k] Hic inferendi bellum, [l] hic monoma-
12 chiã committendi, [m] ſi ita uel Reipub.utilitas, uel morum ho
13 neſtas poſtulet,facultatem dare poteſt.Solus enim de rebus à
14 ſe uel geſtis uel editis,de ſuis legib.ſiue æquæ ſiue iniquę ſint,
15 cognitionẽ ſibi aſſumit: [n] ſolus ea clauſula, NON OBSTANTE
LEGE IN CONTRARIVM, ex certa ſciẽtia utit. [o] ſolus merũ et

a l. cũ de nouo iure. C.de legib. et conſtit.ibi pulchrè Salicet.l.et ideo.ff.de legib. & ſenatuſconſ. l.itaq; hoc caſus. ff.de fideicõmiſſ. libert.l.2. §. ſed quia diuinæ. C. de ueter.iur. enucleand.l.3. C. de epiſcop. audiẽt.
b c.ult.ibi DD. ext.de conſtitut. Bart.in l. omnes populi.DD.præcipuè Bald. & Salyc.in l. leges et conſtitut.ff.de legibus.
c text.in Auth. ut in medio lit, §.1. & in Auth. ut cum de appellat.cognoſcit. §. 1.et in l. ſancim. C.de ſacroſanct. eccleſ.et l. imperial.tit de prohibit.feud.alienat. per Fred. DD. in l.leges et conſtitutio. ff. de legib. Canoniſt. in c. ult. de cõſt.
d text. et gloſſ. in c. cum olim. de conſuetudin.
e l.1.ff.de offic. quæſtoris. And. in c.1. §. ſi uerò contigerit.tit de pac. iurament. firmãd.et in c.1. tit. quis dicatur dux uel comes. uel marcb. l. 1. C.de metro.periberit.lib.12.
f l.1.ibi Barth. ff.ad municipal. & de incol.text.in c.Raynutius.de teſtam.
g l.probatorias.C.de diuerſ. offic.C.lib.12.
h Innoc. in c. cum uenifſ. extr.de iudic.text. in l. ex facto.ff.de uulgar. & pupillar.ſubſtitut. Abbas in d.c.cum ueniſſent. Bald.in c.1.t.de leg.Conrad.et in l. ſi imperial. C.de legib. Angel.in l.ex quacunque.ff ſi quis in ius uocat.non ierit.
i l.1.C.de præbend. ſolarijs.
k l.1.ad fin.ff.de cenſib.Lucas de penn.in l.medicos.et ibi gloſſ. C.de profeſſor.& medic.lib.10. et l. 1. C. de bis quæ à Princip. uocat. accipere.& l.immunitates.C.de agricol. & cenſit.
l l. 1. C.ut armorum uſus. & c.quid culpatur. 23.quæſtio.1. Andreas in c.1.tit. quib.mod.feud.amittatur.
m c. 1. §.ſi quis hominem.ibi pulchrè Matth. de Affl. tit. de pac. de tuend.
n l. 1. C. de legib. Lucas de Penn.in l. 1. in uerbo, interpret. C.de profeſſorib. qui in urb.conſt. lib. 12.
o l.nec quicquid. ff.de offic.proconſul. Bald.in l.reſcripta. C. de precibus Imperator. offer. & idem in l. bamanon. C.de legib. & in l.cauſſas uel lites. C. de tranſactio.

mixtum imperium delegare:[a] cauſſęq́ cognitionem ſimplici- 15
ter, ſummariè & de plano faciendam eſſe cōmittere poteſt,[b] e- 16
tiã cui uelit p ſuo arbitrio.[c] Huius quoq́ unius poteſtatis eſt, 17
legitimare ſpurios,[d] cum tamen idem ciuitas ſibi aſſumere per 18
ſtatutum nequeat:[e] ſicut nec Princeps pro ſuæ poteſtatis am 19
plitudine, poteſt legem ferre, cuius ui ſpurij & inceſtuoſi ad
hæredis ſucceſsionem habiles eſſe queant.[f] Eiuſdem eſt, qui 20
infamia notati ſunt, in priſtinum honorem reſtituere:[g] quod 21
tamen illi cum his qui iura Imperij retinent, neq́ agnoſcunt ſu
periorem poteſtatem, commune eſt.[h] Sed et reſtitutionem in 22
integrum, ad honores, ad primos natales, ad ordinem propri-
um, ſi hoc expreſſe dicat, & non per ſolam indulgentiam con- 23
cedat, dare poteſt,[i] etiam aduerſus cauſſas criminales:[k] uno tã 24
tum caſu excepto, qui in l. metallũ. ff. de pœnis, notatur. Idem 25
poteſt ſolus, idem quod ius annulorũ natalibus tribuere:[l] au- 26
ctoritatemq́ ſuam in emancipatione infantis,[m] atq́ arrogatio 27
ne interponere:[n] ſicut & teſtamenti coram ſe facti ſolennitatẽ
ſupplere,[o] & legatum in alium uſum quàm factum ſit, conuer
tere poteſt.[p] Hoc quoque ſingularis eius poteſtatis eſt, quod 28
quemadmodum iudex inferior, ſua ſententia definitiua, ita il- 29
le ſua interlocutoria, infamiam alicui irrogare poteſt.[q] Et certi 30
hominis beneficium uacaturum idem concedere poteſt.[r] Ita 31
& libellus qui nullam concluſionem habet, aut nuda oratio co
rã Principe facta, ualet.[s] Eiuſdem confeſsio nec geminata, nec 32
parte aduerſaria præſente, nec in iudicio facta, habet uim iudi
cialis confeſsionis.[t] Vnus quoq́ Princeps poteſt uerbali ſua 33
inueſtitura, dominium, ſi hoc dicat, transferre:[u] & dignitatis 34
collatione omnem infamiæ turpitudinem atque maculam ab-
ſtergere:[a] & eadem poteſtate iuſiurandum remittere ideo po 35
teſt,[b] quòd in omni iuramẽto excipiatur eius auctoritas.[c] Sed 36
& cauſſam, remota omni appellatione, definiendam commit- 37
tere:[d] generalem legem ferre:[e] feuda in ſuo quaternata conſti- 38
tuere: 39

a l. unic. C. qui pro ſua iuriſd. l. quotiens. C. ubi ſenator. uel claris.
b Specul. in tit. de legat. §. ſuper eſt. notabilis gloſ. in c. ult. de hæret. lib. 6. clemẽt. ſæpe. de uerbor. ſignificat. Bald. in l. nec quicquã. §. ult. ff. de offic. procõſul.
c l. 1. et 2. C. ubi cauſ. fiſcal. Innocent. in c. ex part. de uerbor. ſignificat.
d in Authent. quib. mod. natural. efficiant. legit. in l. qui in prouincia. ff. de ritu prouinciar.
e Canoniſ. in c. per uenerabilẽ. qui filij ſint legitim. D D. in l. ta ſtim. factio. ff. de teſtam. Bartol. in l. Seimet Augerim. ff. ad leg. falcid. Bald. in l. eam quã. C. de fideicomm. et in l. 2. C. de iur. aureor. annulor. et in l. cunctos popul. C. de ſum. trinit.
f Hoſtienſ. in ſumma, qui filij ſint legitimi. §. nũc uidendum.
g l. 1. §. de qua re. ff. de poſtuland. h Innocent. in c. cum olim. extra de re iudicata. gloſ. in c. domino ſancto. §. diſtinct. Barto. in l. infamem. ff. de publ. iudic. i l. 1. C. de ſentent paſſis. l. indulgẽtia. C. de generali abolitio. l. cum patrem. C. de ſent. paſſ. l. cum tutor. l. generaliter. k. text. in l. relegati. ad fin. ff. de pœnis. l. ult. ff. de offic. procurator. Cæſar. l l. quæris. ff. de natalib. reſtituend. l. 1. & 2. C. de iur. annulor. aureor. l. imperialis. C. de nupt. m l. iubemus. C. de emancipat. liberor. n l. 2. ff. de adoption. o l. omnium. C. de teſtam. Bald. in l. ſancimus. C. de donat. p clem. quia contingit. de religioſ. domib. c. 2. de teſtamentis. Bald. in l. omnes. C. de epiſcop & cleric. & in c. quo ad tranſlation. de offic. delegat. q l. qui cum uno. §. non omnis. ff. de re milit. quam Bald. allegat, in l. Caſsius. ff. de ſenatorib. & notatur in l. infamem. ff. de public. iudicijs. r c. 2. de conceſſ. præbendar. Bald. in l. ult. C. de pact. Andr. in c. 1. tit. qui ſucceſſ teneãtur. s text. in c. cum ueniſſent. de Inſtitutio. Specul. in tit. de lit. conteſtatio. §. 2. ad fin. t Innocent. in c. ad Apoſtolicæ. de re iudicat. lib. 6. facit in argumentum l. omnium. C. de teſtamentis. u Bald. in prælud. feudor. & in c. ſi facta. tit ſi de feud fuer. controuerſ. Andr. in c. 1. tit. quid ſit inueſtitur. Bald. in l. 2. C. de rerum permutat. Ang. in l. licet. ff. de acquirẽd. poſſeſsione. a l. imperial. §. ſimiles. C. de nupt. b l ult ff ad municipales. l. adigere. §. ult. ff de iur. patronat. c l. ult. C. qui militar. non poſſ. lib. 12. c. uenientes. de iureiurando. Innocent. in c. conſtitutus. de reſcript. d l. 1. §. ult. ff. à quibus appellar. non liceat. e l. ult. C. de legib. l. non ambigitur. ff. eod.

tuere:[a] dominium feudi de nouo infeudare,[b] efficere quoq; ac præſtare, ut res feudalis fiat burgenſatica:[c] mandare, ut uel ciuitatis præfecto uel decurioni capitis pœna inferat,[d] officialẽ quem ipſe approbauit, officio remouere:[e] tempus eius pecuniæ, quæ fiſco debetur, ſoluendæ prorogare:[f] cognitionem de controuerſo caſtro, quod ſibi litigatores ex Principis ipſius donatione aſſumunt, facere:[g] notarium ſuum ſingulari dignitatis præeminentia amplificare:[h] ſuo officiali certum ſtipendium præſcribere:[i] alienationem rei factæ ſine traditione ſibi ſumere:[k] ex maiore aliqua Reipublicæ cauſſa ciuitatem in duas partes diuidere,[l] inſtantiam omnẽ in ſua uel ipſius fiſci cauſe adimere:[m] monetã excudere:[n] tabelliones atq; notarios creare,[o] militiam ex uno loco in alium transferre:[p] facultatem dare, ut uel caſtrũ quis in ſui Principis territorio,[q] uel in loco publico domum ædificet:[r] reſtituere aliquem ad prouocandum ab ea ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit:[s] etiam ſententia dicta gratiam facere:[t] libertatẽ dare à curiali fortuna:[u] adimere domino ſuã poteſtatem, quã is in ſuo ſeruo habet:[a] qui in metallũ damnatus eſt, ei ſucceſsionem ex iure ciuili debitã adimere:[b] & pleraq; alia eiuſmodi multa facere poteſt, quæ paſsim extant. Et nobis ſatis eſt, quæ ad Principis cùm dignitatem, tum uerò poteſtatem in augenda & retinenda Reipublicæ ſalute pertinent, breui atq; ſimplici oratione, in his noſtris Commentarijs annotaſſe.

a And. in c. 1. de cõtrouerſ. feud. apud par. termi.
b And. e. in loc. iam dicto.
c And. ibid. & Luc. de pen. in l. poſſeſſores. C. de fundo patrimo. lib. 11.
d l. diui fratr. §. 1. ff. de pœnis.
e l. 2. C. de agris & cenſit.
f l. in fraudem. §. fiſcalib. ff. de iur. fiſci.
g c. apud quos feud. controuer. debeant termin.
h l. 1. C. de mã dat. princip.
i l. 1. ibi Lucas de Penn. C. de præbend. ſolar. lib. 10.
k l. ult. C. de ſacroſanct. eccleſ.
l Bald. in l. 2. C. de ſumma. trinitat.
m l. 1. C. ubi cauſſ. fiſcal.
n tot. tit. quæ ſint regal.
o in Authent. de tabellio. §. omnis. l. quiſquis. §. ult. C. de poſtuland.
p l. contra public. C. de re militar. lib. 12.
q l. opus nouum. l. in operibus. ff. de operib. public.
r Specul. in §. 3. uerſic. 3. tit. de cauſſ. poſſeſſio. et proprietat.
s D. de Rota deciſ. 83. in antiquis.
t l. 1. §. ſequitur. ff. de poſtuland. Innocent. in c. cũ te. de re iudicat.
u l. ult. C. de decurio.
a l. penult. & ult. C. quæ militar. non poſſ.
b l. 1. ff. de bon. ſucceſſ. cont. tabul. l. 1. ff. de uer. patron. l. 3. §. ſi deport. ff. de interd.

LIBRI SECVNDI DE FVNCTIONE PRINCIPIS, FINIS.

BREVIS ENVMERATIO EORVM PRIVILEGIORVM, QVAE SIBI FISCVS ſumit, ex optimis quibuſq; autoribus, legumq; interpretibus collecta, MATTHAEO de Afflictis autore.

QVI STVDIA SVA NVLLA ALIA, NISI communi uirtutis uoluntate commoti, in uſum foriatq; Reipub. conuertunt, ij certè magnam laudem uel ideo merentur, quòd eorum uſus plurimum utilitatis cunctis adfert. Nam ut ignaui & iacentis hominis eſt, nulla uice publica moueri, nihil uel ſtudij, uel laboris, uel induſtriæ in eum conferre: ita immortalitate digniſsimi ſunt, qui & glorię quæ literarum monumentis paratur, ſeruire, uel aliorũ ſtudia ſua induſtria atq; labore iuuare uoluerunt. Cum autem magnopere referat, quæ ſibi priuilegia fiſcus ſumat, animo atque memoria tenere: eorum autẽ non una, ſed uaria, multiplex, planeq; confuſa ac perturbata ratio proponatur, ut ex Cõmentarijs in hanc rem ſcriptis per Franciſcum de Parma, Paulum de Caſtro in C. de iure fiſci, Baldum in l. 1. C. de hæreditat. uel actio. uendita. & nonnullos alios uidere licet: uiſum fuit has fiſci prerogatiuas, ſiue priuilegia, breui quadam enumeratione explicare, ut ſi quando cauſa ac res poſtularet, ſtudioſus optimarum legum atq; iuris publici hinc ſumere ſibi præparatos locos poſſit. Qui autem fiſcum habere poſsint, quoniam hæc doctrinæ pars diligentiſsimè tractata eſt par Cynum in l. ea lege. C. de cõdict. ob cauſam. Andream de Iſernia, tit. de pace tenend. in feudis. §. ſi quis uerò. & eundem in proœmio Conſtitut. regni. et Lucam de Penna in l. ult. C. de fiſc. uſur. lib. 10. & in Clemen. paſtoralis, de re iudicata: nihil neceſſe fuit ea hic repetere, ſed tantum fiſci priuilegia, quę quidẽ ſcitu digniſsima ſunt, ſimplici ac breui oratione enumerare.

Fiſcus indiſtinctè, ratione partis quam habet in ſignum priuilegij, ha 1
bet ius offerendi æſtimationem alterius partis: ut patet etiam in conſtitu
tione regni foriudicatorum, in fin. ubi fiſcus reſeruat ſibi dare filij foriu-
dicati æſtimationem feudi.

Qui non ſoluit canonem fiſco, ſtatim poteſt expelli: ut dicit Inn. in c. 2
literæ tuæ. extrà, de dilatio. Quod ſecus eſt in eccleſia, uel priuato. ut in
c. potuit. de locato. l. 2. C. de iure emphiteot.

Debitores fiſci exiguntur ſummariè, ut in l. 3. C. de conueniendis fiſci 3
debitoribus. lib. 10.

In exactione fiſcalium functionum proceditur de facto abſq; iuris or 4
dine: ut in l. miſsi opinatores. C. de exactoribus tributorum. lib. 10. & l.
quoniam nulli. C. de appella. per Bald. (latus.

In carcerando ſuos debitores, ut in l. ſacrilegij. §. fi. la. 2. ff. ad l. Iul. pecu- 5

Si ſunt duo tributarij fiſci unius rei, unus cogitur ſubire tributum: ut 6
in l. cum poſſeſſor. ff. de cenſibus. Secus ſi non eſſet fiſcus: quia unus non
tenetur pro alio.

Fiſcus poteſt cogere inquilinum ad reficiendũ uias publicas: ut in l. æ- 7
diles. §. quicunq;. ff. de uia. pub. & no. Bart. in d. l. 1. C. de hære. uel actio.
uen. Licet regulariter hoc onus nõ pertineat ad eum, ſed ad Dominum.

Securitas data debitoribus non intelligitur conceſſa debitoribus ca- 8
merę fiſcalis: ut not. in aut. de mandat. prin. §. Sed neq; hęc. circ. fin. coll.

3.& no. Bald. in quodã ſuo conſilio, q̃d fecit in materia ſalui conductus, q̃d incipit, Iacob. Altamor. & Bar. in conſ. 169. ſtatutũ ciuitatis Tuderti.
9 In cauſa ciuili fiſcali, fiſcus procedit per inquiſitionem: ſecus in cauſa priuati. ut in l. 1. C. de natu liber. & not. Bald. in c. 1. §. iniuria. in fr. de pace iura. fir. alleg. Bart. in l. fi. C. de bonis. uacan. lib. 10. & no. And. in conſti. inter multas. de offi. magiſtrorum procu. curiæ fiſci.
10 Solus fiſcus ſuccedit in bonis uacan. ut in l. 1. C. de bon. uacan. lib. 10. & inf. quæ ſint regalia. & no. Bald. in conſilio ſuo quod incip. Sanctiſſima domina regina.
11 Fiſcus poteſt aduocare pecuniam alteri ſolutam, licet conſumptam: ut in l. pecuniam. C. de priuileg. fiſci. ubi habetur, quòd ſi facta eſt ſolutio creditori à debitore, etiam conſumpta pecunia exigit illam fiſcus: ſecus ſi eſſet priuatus, quia iure optimo illam creditor recepiſſet.
12 Bona uxoris dotalia ſunt obligata tacitè fiſco, ſi maritus exercuit officium primipilatus, quod hodie poteſt dici officium theſaurarij: ut dicit gl. & ibi Lucas de Penna in l. 1. C. de primipilo. lib. 12. Caſus eſt in l. ſatis. C. quæ res pig. obligari poſſunt.
13 Conductor fiſci poteſt cõpelli ad reconducendũ rem fiſcalem, ſi fuit in præteritũ multũ lucratus. Nã ſi quis cõduxit gabellas fiſcales, et, de eis lucratus eſt, poteſt in anno ſequenti cõpelli ad reconducendũ ipſas. ut in L. cotẽ ferro ſubigendo. §. qui maximos. ff. de publicanis & uectigalib.
14 Si fiſcus mutuat tibi pecuniam, & tu illam alijs mutuas, & ſic de pecunia fiſci conſtituis tibi debitorẽ, poteſt conueniri debitor ultimus, omiſſo primo. Caſus eſt iuncta gl. in l. 3. §. multa. & ibi Bart. ff. de iure fiſci.
15 Fiſcus agit ante diem, & poteſt debitam pecuniam petere ante diem: l. 1. in fi. C. de condict. ex lege. 2. col. per illũ tex. dicit ibi Bald. quòd quando omnes emunt gabellas, ſi fiſcus habet neceſsitatem de pecunijs, poteſt compellere emptores ad ſoluendum ante diem.
16 Lex cogi. C. de peti. hære. non habet locum in cauſa fiſcali feudali. in l. imperialem. §. illud. de prohib. feud. alie. per Frederic. lib. 2. feud.
17 ¶ IN uenditione fundi fiſcalis locati uidetur tacitè ineſſe actum, ut emptor habeat ſtare colono: ut in l. fi. C. de iure fiſci. & ibi per Bart. textus eſt in l. Emphyteuticarios. C. de mancipijs & colon. lib. 11. Quod non eſt ſic in alijs: ut in l. emptorem. C. de locat. & conduct.
18 Si per fiſcum ſunt uniuerſa confiſcata bona alicuius, quod in ipſum fiſcum tranſeunt etiam bona illa, in quibus alius habet ius ad rem: caſus eſt ſingularis ſecundum Lud. in Sing. ſuis. per l. ſi fundus quem mihi locaueras. uerſi. Nam etſi uendideris. ff. locati.
19 Fiſcus æquiparatur prælato, quando ſuccedit, & non hæredi. ut dicit Bald. in c. 1. ſupr. qui ſucceſſo. tenean. 9. rubr. 1. lib. feud. quia ſuccedit bonis, & non perſonæ: ut in l. ſi conſtante. §. ſi bona. ff. ſol. ma. & habetur in l. quoties. ff. de nouatio.
20 Fiſcus non tenetur facere inuentarium, nec tenetur ultra uires hæreditarias: ut in l. 1. §. an bona. & ibi Bart. ff. de iure fiſci. Quod ſecus eſt in alijs. ut in l. fi. C. de iur. deliber.
21 In repudianda bonorum poſſeſsione non requiritur præſentia aduocati. Fallit in fiſco, in quo præſentia aduocati fiſcalis requiritur. ut in l. 1. C. de repudian. bono. poſſ.
22 Sententia quæ fertur contra fiſcum, non præſente aduocato fiſci, eſt ipſo iure nulla: ut eſt text. cum gl. in l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de iure fiſc. & in l. fi. C. de aduo. fiſc. & no. Spe. in ti. de ſentent. §. 5. uerſ. item eſt nulla. Et de hoc eſt ritus in magna curia uicariæ.

Fiſcus

Fiſcus non tenetur redhibitoria, uel quanto minoris. l. 1. §. illud. ff. de 23
ædil. edict. & no. Bald. in l. ſi prædium. C. de ædil. actio.

Solus fiſcus habet notarios proprios: ut in l. in fraudem. §. quoties. ff. 24
de iure fiſci.

Nõ exhibens inſtrumenta pertinentia ad fiſcum, uidetur ſubtraxiſſe: 25
ut no. doct. in l. 2. C. de eden. & in l. 2. §. Diuus. ff. de iure fiſc. & Bald. in
d. l. 1. C. de hære. uel act. uen.

Aerarij dantes librum rationum cameræ fiſcali, in quo continetur in- 26
troitus, & exitus, poſſunt condemnari abſq; citatione: quia non requiri-
tur aliqua cognitio, niſi uidere dictũ lib. caſus ſingularis in l. 2. §. quod
ſi de frument. ff. de admini. rerũ ad ciui. perti. & ibi Bart. qui dicit, quòd
officiales fiſcales & reuiſores rationum, ut ſunt præſidentes & rationa-
les regiæ Cameræ, ſummariè poſſint pronunciare, officialem præteritũ
eſſe debitorẽ fiſci, ipſo abſente. Et de hoc etiam eſt ritus in Regia came-
ra ſummariè.

Procurator fiſci adit hęreditatẽ ei delatã. l. 1. ff. de off. procu. Cęſa. priua 27
tus aũt non adit per procuratorẽ. l. per procuratorẽ. ff. de acqui. hæred.

Procurator fiſci iubet ſeruo nõ ſuo adire hærditatẽ fiſco delatã, ut in d. 28
l. 1. de offi. procur. Cæſ. Secus in ſeruo priuati. l. ſeruus dotalis. ff. ſol. ma.

Licet ſucceſſor ſuccedat in inſtantia, ſ. ut iudicium agitatum cum te- 29
ſtatore tranſeat ad hæredem. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. & in l. ſi
cum hominẽ. ff. de fideiuſ. in fi. Secus in priuato. qui non cogitur ſubire
iudiciũ intentatũ cũ defuncto, & ſic inſtantia nõ tranſit in ipſum. ut in l.
ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. ma. Et hoc ideo eſt, quia proprios iudices habet.

Fiſcus agit coram ſuo iudice, licet non ſit iudex rei. Vnde ſi agit fiſcus 30
pro aliqua re, licet regulariter actor ſequatur forum rei: ut in l. fi. C. ubi
in rem actio: tamen eſt ſpeciale in fiſco, ut non ſequatur forum rei, ſed a-
git coram ſuo iudice. ut l. 1. & 2. C. ubi cauſæ fiſcales. & l. fi. C. de iuriſd.
om. iud. Quia fiſcus habet proprios iudices, ſ. procuratores Cæſaris, ut
in l. 2. C. ſi aduer. fiſc. Procuratores enim Cæſaris ſunt præſidentes regiæ
Camerę ſummariè, ſecund. Lucam in l. ſi quãdo. C. de bo. uac. lib. 10. qui
ſunt priuilegiati, prout ſunt priuilegiati ſequentes magnam Curiam Vi
cariæ, ubi eſt ritus, quòd ſequentes ipſam Magnã Curiam poſſunt con-
uenire priuilegatos in ipſa magna curia, & ipſi non trahuntur in aliam
curiam: quod eſt ſignum præeminentiæ.

Fiſcus in bonis ſui debitoris tam ex contractu quàm ex maleficio, ha 31
bet tacitam hypothecam, licet in 2. caſu, ſ. maleficij, creditores ex contra-
ctu præferuntur fiſco. Ratio, quia quantũ ad lucra, fiſcus non eſt potior
priuato. Vnde ſi eſt creditor, qui non habet hypothecam, fiſcus non ha-
bet expreſſam, ſed tacitam ex priuilegio, & non extenditur illa tacita ad
exactionẽ pœnæ, ſed ſortis. ut in l. unica. C. de pœnis fiſcalibus, lib. 10. l.
quod placuit. ff. de iur. fiſc. no. gl. 3. in l. reſcriptum. ff. de pactis. de quo
per Cyn. in l. Si filius tuus. C. de bonis proſcriptorum. in ult. quæſt. &
habetur in l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſ.

Ipſe fiſcus præfertur anterioribus creditoribus, non habentibus hy- 32
pothecam expreſſam. ut in l. 3. C. de priuilegio fiſ.

Si fiſcus agit contra donatariũ hypothecaria, debet donatarius pro- 33
bare illam rem prius ſibi donatam, ſed fiſco obligatam. Caſus eſt ſingu-
laris in l. 1. C. de iu. fiſ. li. 10. Quod ſecus eſt in priuato: quia tũc oporteret
probare, prius rem fuiſſe donatã. ut in l. de rebus. C. de donatio. an. nup.

In prælatione de qua in l. Si is qui mihi. ff. de iur. fiſc. quia ſi duo, ſ. fi 34
ſcus & priuatus, habent hypothecã in bonis præſentibus & futuris, licet

priuatus præcedat fiſcum in tempore, in bonis iam quæſitis, tamen in bo
nis futuris præfertur fiſcus: ut in d. l. ſi is qui mihi. Secus, ſi ambo eſſent
priuati: ut in l. fin. ff. qui potio. in pig. habeantur. & no. Spec. in ti. de ob-
li. & ſolu. §. 1. uerſ. item pone obligaui.
35 Fiſcus præſumitur diues, & ſoluendo: ut in l. 2. ff. de fund. do. & no.
gl. in rub. C. de iure fiſc. ubi dicit, quòd propterea fiſcus dicitur ſaccus:
& non opponit exceptionem non numeratæ pecunię, ut in l. omnes. C.
de quadri. præſcrip.
36 Fiſcus poteſt transferre dominiũ rei alienæ, ut ſuæ: ut in l. omnes. &
l. bene à Zenone. ſeq. C. de quadri. præſcrip. (fiſ.
37 Nulla burſa dicit̃ fiſcalis, niſi principis: ut dicit Bald. in rub. C. de iure
Iudex poteſt transferre iura fiſcalia in priuatum, iuſta cauſa ſubſiſten-
38 te: ut in l. ex pluribus. ff. de admini. tut. & hoc uerum eſt ex priuilegio fiſ.
Aliàs debet fieri translatio ab eo qui habebat iura.
Priuilegium fiſci poteſt transferri per ceſſionem: ſecus in priuilegio
39 pupilli. l. ſi ex pluribus. ff. de admini. tuto.
Procurator fiſci prȩſumitur factus diues de bonis fiſci: ut in l. facultas.
40 C. de iur. fiſc. lib. 10.
Fiſcus excludit ſubſtitutum in teſtamento, cum nõ uendicatur mors
41 defuncti: ut no. in l. Si ſequens gradus. ff. ad Syll.
42 In contractibus fiſcalibus nunquã tenetur fiſcus, de euictione ultra
ſimplum, etiam ſi ſit expreſſe promiſſa: ut de ff. iure fiſc. l. ſi procurator. et
no. Bald. in d. l. 1. C. de hȩre. uel act. uend.
43 Licet procurator alienans poſſit habere fidẽ de precio, ut dicit Bald.
in l. ſi non donationis. C. de contrahen. empt. tamen procurator fiſci nõ
poteſt alienare, niſi ſoluto precio: ut in l. ſi procurator. ff. de iure fiſc. &
Bart. in l. eadem. §. finali. ff. de iure fi. & no. Bald. in d. l. 1. C. de hæred.
44 Contractus factus cum fiſco habet uim legis: ut in d. l. bene à Zeno
ne. C. de quadr. præſcrip.
45 Si filius uendit gabellam, ſimpliciter intelligitur uendidiſſe cum hoc
pacto, quòd durante uenditione, ipſe non teneatur ſoluere gabellam.
Quod ſecus eſt in priuato. Quia ſi gabella eſſet priuati, & eam uende-
ret, ipſe uenditor teneret̃ ſoluere gabellam: ſecundũ Bald. in l. emptor.
C. de hære. uel act. uen. & no. Dy. in l. licitatio. §. fiſcus. ff. de publica.
46 Fiſcalia non poſſunt donari, niſi à principe. Fallit in modicis, ſecundũ
Bald. in l. multum. C. de communi rerum aliena.
47 Licet regulariter non poſſit fieri ceſſio, niſi ab eo qui habet iura, non
aũt à iudice: tamen iudex poteſt transferre iura fiſcalia in priuatum. l. fi.
C. de priuilegio fiſci. (fir.
48 Quilibet poteſt agere ꝓ fiſco: ut no. Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iura.
49 Fiſcus habet hoc priuilegiũ in ſignum præeminentiæ, & dignitatis
ſuæ, quia iudex fiſcalis nõ poteſt recipere ſportulas, ex quo ſunt ſalariati.
ut in l. ad fiſcum. C. ubi cauſæ fiſcales. Regulariter alijs iudicibus ſoluun
tur: ut in titul. C. de ſportulis.
50 A' ſententia pœnali in fauorem fiſci lata non appellatur. l. ſi qua pœ
na. ff. de uerb. ſignif. Nec debitor fiſci ex delicto appellat: ut no. per An-
dr. in conſtit. regni, arma molita. de prohibitione armorũ. ut no. in l. abſti
nendum. C. quo. appella. non recipiantur.
51 Contra fiſcum probatur exceptio cõpenſationis, infra duos menſes:
ut in l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſ. Quod in priuato eſt
ſecus, quia ultra duos menſes poterit contra eum probare compenſatio
nem: ut dicit ibi Bart. & patet in l. fi. ex uenditione. et l. fi. C. de cõpenſa.

Quando

Quando debitor fiſci efficitur non ſoluendo, poteſt deueniri ad debitorē 52
debitoris:ut in l.3.C. quando fiſcus uel priuatus. Quod non eſt ſic in priuato,ut dicit ibi Bar.

Bona quæ auferuntur ab indignis, applicantur fiſco.l.Papi.§. meminiſſe. 53
ff.de inoff.teſt.l.alia.C.de his qui ut indig.

Pœnæ & mulctæ ſibi applicantur. l. mulctarum.C.de modo multarum. 54
Habet etiam alia iura fiſcus: ut in tit.quæ ſint regalia: & ibi dicetur de hoc.et in l.Cæſar.ff.de pub.

Fiſcus habet omnia illa priuilegia, quæ habet mulier quo ad hypothecā: 55
quia fiſcus & mulier paribus paſsibus ambulant,ut dicit Cy. in l.aſſiduis. in 1.colum.ad fi.C.qui po.in pig.habeantur.& no.Bar.in l. quamuis. C.de iure fiſci.

In uenditione rerum fiſcalium requiruntur certæ ſolennitates, uidelicet 56
quòd interueniat abhaſtatio 10.dierum:ut in l. ſi tempora. C. de fide inſtru. et iure haſtę fiſcalis,lib.10.no.in auct.hoc ius porrectū.C.de ſacroſanct.Item debet oſtendi qualitas,& reditus rei.Item debet dari plus offerenti.Item requiritur quòd emptor non ſit Palatinus.Item quòd iuſto precio ematur.Itē quòd interueniat præſidis auctoritas, ut conſuluit Ang.conſ. 176. incip.In nomine Domini amen.Caſus ponitur,& aliquid no.per gl.in l.Si quos debitorum.C.de reſcind.uend.

Quando dubium eſt in facto, præſumitur pro fiſco, pro hoc. l. Valeri- 57
us.ff.de iure fiſ.& no.Bald.in d.conſ.Domina regina.Regulariter autem in dubijs quæ ſunt de iure,interpretatur contra fiſcum:ut in l.non puto.ff.de iure fiſ.& no.hic Andr. & in c.1. ſupr.Imperator Lotharius. & in c.1. §. ſed & res.per quos fiat inueſti.& in procemio conſti.regni.in §. carta. & in conſti. ut de ſucceſſ.in 6.col.& in alijs locis.

Si fiſcus cōcurrit cū alijs uendicantibus hæreditatē alicuius,ius fiſci prius 58
excutietur,et ius alterius differt̄: ut dicit Spe.in tit.de reo.§.1.uerſ.itē ſi fiſcus.

Licet regulariter inſtrumentū edi debeat ſine die & conſule,fallit in fiſco, 59
cui debet edi cum die et conſule:ut in l.nec quicquā.ff.de iur. fiſc. Et hoc uoluit Spec.in tit.de inſtru.ædi.§.6.uerſ.facienda eſt.Itē actor contra fiſcū tenetur edere ſua inſtrumenta.l.1.C.de edē.in gl.in l.3.ff.eo.tit. Facit quod dicit Bald.in l.diſſolutæ.C.de condi.ex lege.

Bona alienata in fraudē fiſci,applicantur fiſco:ut no. Spe. in tit.de dona. 60
§.1.uer.item pone aliquis.Quod nō eſt ſic,quando alienat̄ in fraudē priuati.

Quando fiſcus uendit rem alterius hypothecatam,ut ſuam,hypothecarię 61
ipſe præſcribit quadriennio: ut C.de quadrien.præſcrip.l.2.& ſi quid in priuato,ſecus eſt:quia hypothecaria habet tēpus 40. anor.ut no.in l.ſicut. & in l.omnes.Seq. C. de præſcrip.30.anno.de quo in Specu.de preſcrip. §. 1. uer. ſed de hypothecaria.

In fiſcū tranſeūt ex delicto,iura et actiones ſine ceſſione ipſo iure.q̄d ſecus 62
eſt in priuato:ut no. in Spec. tit. de ceſſione actionis. §. 1. uerſ. quid ſi bona.

Licet bonæ fidei poſſeſſor cū titulo,licet minus legitimo modo teneatur 63
ad fructus reſtituendos,iam conſumptos,fallit in fiſco: quia ille qui emit à fiſco,nō ſolenniter reſtituit etiā fructus conſumptos.ut in l.1.C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſcalis. lib.10.ſecundum Spec.in tit.de fructibus et intereſſe. §. ſcias.uerſ.ſi uerò.

Fiſcus habet hoc priuilegiū,ut pecunia depoſita per priuatū penes ædem 64
ſacrā,ſit ſua,iſto caſu:uidelicet quando debitor dicit illam deberi creditori, qui mutuauit ſub pignore,et creditor negat ſibi debitū,et negat pignus:ſi debitor probauit ſibi pecuniā mutuatā ſub pignore,cōdemnabitur creditor ad reſtituendū pignus,& non habebit pecuniā,quia iurauit non mutuaſſe: nec

illam pecuniam habebit debitor, quia erat debita, ut ipſe dixit: ſed illam habebit fiſcus Ita dicit Spec. in tit. de except. & replica. §. uiſo. uer. quid ē conuerſo. licet dicat litem eſſe adhuc ſub iudice, tempore ſuo.

65 Si fiſcus habet cohæredem, inſtrumenta communia deponuntur apud fiſcum. ut in l. procurator. C. de eden.

66 Filius theſaurarij, etiamſi non ſucceſsit patri, poteſt conueniri à fiſco: ut C. de primipilo. l. ult.

67 Qui ſubripuit pecuniam fiſcalem, tenetur crimine peculatus: ut ff. de furt. l. ob pecuniam. & ff. ad l. Iul. pecul. l. ſacrilegij. §. 1. & l. 2. & 3 Et de iure conſtitutionum regni erat pœna capitis, ut in conſtitu. regni officiales. de officialib. reipublicæ. Sed hodie per capitulum regis Caroli, & per ritum magnæ Cameræ ſummariè eſt pœna nonumpli.

68 Fiſcus pro præterito tempore conuenit emptorem prædij tributarij: ut ff. de publica. l. imperatores. & ff. de iur. fiſc. l. prædijs.

69 Si fiſcus habet uſumfructum cum alio, non tenetur ſatiſdare proprietario: ut ff. ut legatorum nomine caueatur. l. 1. §. ſi ad fiſcum.

70 Fiſcus pro tacito fideicommiſſo habet rei uendicationem directam. ut ff. de iure fiſci. l. imperatores.

71 Licet alteri ſtipulari nemo poſsit, ut in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uer. ob. tamen fallit in fiſco, cui poteſt priuatus ſtipulari. ut no. gl. in l. 1. §. fi. ff. ad Sill.

72 In cauſis fiſcalibus, qui paciſcitur, pro confeſſo habetur. l. in fiſci cauſis. ff. de iur. fiſc. l. quoniam. ff. de his qui notantur infamia.

73 Qui inuenit theſaurum in loco fiſci, & non reuelauit, totum theſaurū cum æquiualenti amittit: ut l. non intelligitur. §. 1. ff. de iur. fiſc. Quod non eſt ſic, quando inuenitur in loco priuati: ut in §. theſauros. Inſti. de rerum diui.

74 Licet regulariter hæreditas non adita, non tranſeat in hæredē extraneum, tamen tranſit in fiſcum: ſecundum Ang. in l. cum fiſco. ff. ad Sill. de quo in l. quoniam. C. de iu. delib.

75 Licet regulariter, ſi fiat condemnatio in pœna, in cauſa ciuili intelligitur, quod tum pœna concurrit cum intereſſe: de quo per Ioan. Andr. in c. bona fides. de re iu. lib. 6. & doct. in l. cum alleges. C. de uſuris. & in Spe. in ti. de obli. & ſolu. §. ante omnia. per Ioan. And. & Lud. in l. ſed & ſi quis. §. item quæritur. ff. ſi quis cautio. tamen in pœnis fiſcalibus exigendis ratione contumaciæ non conſideratur, an interſit fiſci cōtumaciam fore commiſſam, uel non: ſed ſolum conſideratur qualitas pœnæ, quæ tota poteſt peti à fiſco. ut in l. omnibus magiſtratibus. §. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.

76 Quod non accipit Chriſtus, accipit fiſcus. 16. q. 7. c. maiores. & c. decimæ.

77 Fiſcus eſt priuilegiatus cum præſcriptionibus. ut in l. omnes. & l. competit. C. de præſcript. 30. uel 40. ann. & in l. omnes. ff. de diuer. & tem. præſcrip. & patet in conſtitu. regni conſuetudinum. de præſcrip. & no. And. in proœmio conſti. in 4. carta.

78 Qui pecuniā auream fiſcali mutuo recepit, ſine licentia regis, punitur pœna perpetuæ deportationis & publicationis bonorū, & mutuans punit̄ pœna capitis: ut in l. ſciāt. C. de his qui ex publi. rationib. mut. accep. pec. lib. 10.

79 Licet regulariter ſententia non retractatur prætextu inſtrumenti nouiter reperti, ut in l. ſi ex falſis. & in l. ſub prætextu utraq;. C. de tranſ. fallit in ſententia lata contra fiſcum: quia retractatur prætextu inſtrumenti inuenti, intra an. tres poſt ſententiam. ut in l. 1. C. de ſen. aduer. fiſc. la. lib. 10. Et ibi etiam no. quòd ſententia contra fiſcum lata, nunquam tranſit in rem iudi.

80 Officialis fiſci ad nullam pœnam ſe obligare poteſt: ut in l. procura. de iu. fiſc. ſecundum Bald. in ru. C. de conſtit. pœn.

81 Fiſcus non patitur agi contra eum, de ædi. edict. ac. l. ſciendum. ff. de ædil. edi. ſe cun-

edi.ſecundum Bald in l.Labeo ſcribit.§.illud.ff.de ædil.edi.

Qui falcificat acta fiſcalia,perdit litem.ff.de iur.fiſc.l.neq;. Sed ille qui fal 82
cificat acta priuatorum,non elidit ueram probationem.ita no.Bald.in addi.
Specu.in tit.de execu.ſent.4.col.

Hæres tenetur uendicare mortē defuncti.Fallit,ſi fiſcus eſt hæres.l. Mar- 83
cellus.§.fi.iuncta l. recuſare.§.fi.ff. ad S. conſult. Trebell.no.Ang.in l.ſciant.
ff.ad ſena.Sill.

Syndicus non poteſt accuſare capitaliter nomine uniuerſitatis: tamen ſi 84
accuſat de mandato uniuerſitatis, remanet in fauore fiſci,propter publicam
utilitatem.ita no.Bald.l.Polla.C.de his qui ut indig.

Non poteſt fieri accuſatio criminalis,ſine aduocato fiſcali:& etiam nō po 85
teſt fieri accuſatio criminalis in cauſa, ubi uenit applicanda pœna pecunia-
ria,ſine aduocato fiſci. ut habetur in l.omnes.C. de delatoribus. lib.10. Et de
iſtis pœnis fiſcalibus Officialis non poteſt facere gratiam : ut in l. prohibere.
§.planè.ff.quod ui aut clàm. & no.Bald.in l.præſes. C.de tranſactio. & Bar.
in l.ordinis ambit.C.de decretis ab ordine faciendis,lib.10.& Andr.in conſt.
regni,ſi quis in poſterum.

Si conducentes gabellam à fiſco, ſi unus eorum fraudem commiſit in exa 86
ctione gabellæ,poteſt alterum in ſolidum conuenire, ſi alter non eſt ſoluen-
do.tex.eſt ſingularis ſecund.Bart.in l.ſi multi.ff.de publi.Bar.in l. qui in cō-
tractibus.C.de iur.fiſc.lib.10.An autem omnes teneantur in ſolidum ad mer-
cedem,uel precium gabellam fiſco:dic quod regulariter non, niſi ſe obliga-
uerit in ſolidū,uel niſi alter ſit inops,uel abſens:quibus caſibus tenetur quili
bet in ſolidum.ut in auct.de duo.reis.promit.in princip.& ibi gloſſ.coll.7.et
Ang.uide in tractatu gabellarum,in quarto artic.principali.in q.14 Sed cer-
tè nulla cadit hic ſpecialitas in fiſco : quia idem eſt in alijs, ut patet in allega-
tis iuribus.

Item in cauſis fiſcalibus non defertur iuramentum ſuppletorium in pœna 87
libus:ut dicit Lud.in l.admonendi.ff.de iureiur.

Fiſcus poteſt frumentum uetus immiſcere cum nouo, & illud uendere:ſe 88
cus in priuato.ut in l.annonam.ff.de extraordi.crimi.per Angel.

Si res locatur uni,non tenetur dominus finita locatione,illi relocare. ut in 89
l.ne cui.C.loca.Fallit in fiſco, qui pro eodē precio tenetur potius locare pri-
mo conductori.Text.eſt in l.congruit.C.de locat.prædior.ciuil.uel fiſc.lib.
11.& no.in l.fin.§.Papi.ff.de iur.fiſc.

Qui detulit alium in fiſcum, & ter citatus & contumax, habetur pro con- 90
feſſo,non poteſt ſuam contumaciam purgare:ſecundum Ang.in l.& ſi poſt
tres aut quinq;. ff.ſi quis caut.allegat gloſſ.in l.2.ff.de iu.fiſc.

Si legatur fiſco uſuſfructus, non tenetur ſatiſdare. gl.& Bald.in l.4. C.de 91
uſufruct.gl.in l.1.§.ſi ad fiſcum.ff.ut lega.non caueatur.

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA
Ioannis Oporini, Anno Salutis humanæ
M.D.L. Menſe Auguſto.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.